Augustinus con[tra] faustum

Augustinus contra Faustum.

N. Inv. 1215.

dignitatis Ista sunt quatuor
mortalitatis genera transituum
prosperitatis de quibus potest psalmista
iniquitatis mecum dicamus
moralitatis igitur primo quod est
transitus dignitatis deus non transire
nos variet nec transeat nec mu
ut qui ad ymaginacionem huius
transeunt in aliquibus suis operibus
Ille non qui transit de uno loco
vadit Sic vere deus transire dicitur
modis Iste non transit Circa
in generacionem carne assumendo sicut non
homines ipsum visitando deus
creatore ipsum gustando pauperes
paupere ipsum consolando gentes
iniustum ipsum deprimendo sicut
imperator qui sic transit aliquam
civitatis in regia maiestate
Virgo dicitur illa porta clausa de
Ezech. 44 porta hec clausa
non aperietur et vir non transibit per
clausa principis princeps se
ea Sic transit per homines sic dul
visitando qui sic transit per quietis
formando Sic deus transit per
ipsam inspirando et ipsa cet
flagicionibus castigando et in fide
reparando Unde eze. 16. loquens
peccatrici dicit Et eras nu
confusione plena et transivi per te
Secundo expandi amictum meum
operui ignominiam tuam Iste
paupere sic piissimus consolator
deus transit per iniustos et de
pios liberet et tueatur et ut ipsos
consoletur ysa. 20 proteget dominus
transiens et salvans Iste
paupere sic severissimus iudex
mo vir peccata hominum dissilare
transit ut videat quid agatur et per
pale et eterna contra impios de
Exo. 12. Transibit dominus percutiens
contra quod ipsi mali sunt dicere
in me transierunt ire tue et
tuos induxisti super me Isti
transitus quibus transit deus ad
ich. 2. Transibit vero corpus tota
quod est quidam transitus sume
2o principaliter dico quod est quidam transi
mortalitatis et iste est transitus quo
et moralis procedit et transit
nec in isto nec in mundo quiescit
Iusti non in isto mundo semper
transitu et in motu transierunt
sicuti peregrini nichil sup
petentes sed solum vite navigia
sicut cambys in egypto de
psalmus quod quam in illo flumine
solet credo et transeundo
et primo cocodrillos in

iusti de aquis et flumine mundi prosperi
tatis modicum tetigerunt quia cocodril
los id est demones ibidem insidiantes timu
erunt Unde ista quod ea contemnentes ve
locius transierunt figurati in filiis israel quod
dicebant regi edom in mundo num 20
obsecramus ut nobis transire liceat per
terra tua non ibimus per agros neque per
vineas nec bibemus aquas de pute
is tuis gradiemur via publica nec ad
dexteram nec ad sinistram declinantes
donec transeamus terminos tuos quod quod dico
sic terra huius mundi sic terra aliena
quod delicias habuerunt aquas delicia
rum et divitiarum non biberunt nec ad dex
teram prosperitatis nec ad sinistram adversitatis
per impacienciam debite declinaverunt sed sic
dominus est per mundum terminos celerius transierunt
2 Re. 11. Transierunt festinanter gustata
ta paululum aqua scilicet dicendo sicut signis
ipsum et stabis Iste est genus transitus vir
tualis Unde de isto videntur sic dicere istud
luc. 2. Transeamus usque in bethleem ubi
adventus quod iste transitus est
appetibilis primum probat
Transitus determinabilis verbum opta
prinabilis tunc transe
amus Secundum signum proximum usque
2 nomine refectivum bethleem qui
interpretatur domus panis Et sic dico quod
ondet istum transitum desiderare transeamus
isto transitu perseverare usque post istum
transitum copulare bethleem Dico
quod iste transitus est affectibilis Naturale
est enim rebus veri velle transire ad no
bilem formam et inde est quod naturales quod
ista inferiora sunt corruptibilia quia sic
forma sua quam in presenti est non sunt
contenta et ideo ipsam cupiunt exuere
et aliam induere et de ignobili ad no
bilem transire vellet non appetitus naturalis
ad aliquam formam perfectam transire que
sua capacitatem possit replere et quo
secum sine corruptione possit manere Sic
quanto magis nos qui sumus in pro vel
in mundo sub forma ipsa et repleta tran
sire ad formam nobilem glorie et gloie
debemus appetere et ad hoc totis viri
bus laborare quod ondit cum dicitur transea
mus optatiue loquendo Unde ipse dominus dicit
Eccl. 24. Transite ad me omnes qui con
cupiscitis me et a generacionibus meis im
plemini Et ubi dicitur transite ad me contra
illos quorum motus et transitus affectus
et appetitus non sunt ad deum sed potius
ad carnem dyabolum vel mundum quia sic
isti non transeunt de malo ad bonum nec
de bono in melius sed potius de bono
ad malum et de malo in deterius et in
peius Sic ergo de mote in valle transie
runt obliti sunt cubilis sui Non sit

A

altig[illegible] [illegible]oīdē gst° tn̄ tr̄ssretu semp
sit cu timorē et io xp̄s transfretauit
pimg i trepid9 ut nob s3 dac̄t exēm
von i pal' 16 Vidit pplm trepidate
ad transfretand9 torrete et transfretauit
p° Ista ē g° transfretacō cuctoz 2°
d° q̄ ē transfretacō iustoz et ista ē
illa q̄ mare pme transfretat vt ad
portu salutl finali-cōemat et nō
q̄ p transfretacōez pme deo obedimg
ad celu redimg et hostes ferimg deo
mḡ obedimg von deut° 30 Cum bellū
vob transfretare potit mae et istd sc̄
madatu ad nob transferre sume de
ferre ut possimg face qd pceptu ē
rēl ad celu erl redimg von mat re
q̄ cu transfretassent venerut i tra
genazareth qui iterptat ortus et
de xp̄o dr ch̄ 9 q̄ transfretauit m ci
uitate sua i i padysu hostes eciā
vincimg atz ferimg von i mach 4
transfretemg ad eos et potērimg ad
illos hc̄ ē g° transfretacō iustoz 3°
d° q̄ ē transfretacō stultoz qui s3 p
mudi gspa ad inferna transfretant
vna 23 Carete qui habitatl i isula
nego°to sydonis transfretates mae rel
Transgredi Nō q̄ transgredi idē ē
q̄ transire tn̄ i ult pcede seu
gredi seu erl de certl limitibg ehire
vl' egredi g° sm̄ diuersitate limita
tu et t'minoz iuenit diuersitas transgres
sionu Inuenimo g° Istitur
que cuctl accidt diā q̄
transgressioez q̄ stultl madt ē trans
q̄ iustl procdt gressio
q̄ cuctl gtingit et ista ē mors q̄ s3
ē vl' egressio hui9 et erl hui9 mūdi
de quo pt itelligi istud 2 R° 15 om
nes pplus transibat rex q̄3 transgredie
bat torrete cedron Iste n trasitg
seu ista transgressio vite hui9 gemit
pplm atq3 regem Ista ē n transgressio
q̄ cuctis gtigit 2° d° q̄ ē transgressio
que stultos attingit et ista ē trans
gressio madatoz q̄ s3 mali a clausura
legis et iusticie transfugiut et recedut
Ecc 16 Est qui transgredit de iusticia
ad pc̄m peior n ē sc̄e castanea q
calore ignis stimulata et dilatata
clausura pellis i qua gtinet rupit
et t'minos sibi assignatos transgredit
et transcendit et extimus colat atz fu
git ide ē de fulmine pt dici q̄ s3 ab
oret i nub9 gcauus gtim et io nubes
rupens et transgrediēs extrig exit
vbi ledit mltipli et gburit Sic vo
mali i clausura dei madatoz clau
stri eciā et regulariu statutoz mane
abhorret et fugiut et io caloz ma
loz desideriōz vrgete p transgressioz

B

tos pcruit atq3 ledut vnde e[illegible]
fornicacio oīs pcūs nō satisfal[illegible]
dienes vsq3 ad fine transgredi[illegible]
sui gtepnes i aiaz sua a[illegible]
stat q clausuras et limites [illegible]
pacient morat Silua vo [illegible]
enda transgredimt vndi n g° [illegible]
pugnoi et saltatori qui i ipso pa[illegible]
herbas depascebat qui sa
ltare volens et clausura tra[illegible]
exire q̄rens ult palos acut[illegible]
re conatg seipm impal' i[illegible]
ra illi qui palos acutos dei [illegible]
transgredi mtut nc gtenti p[illegible]
signatl regulas et madata [illegible]
conat morte ēne iaculis [illegible]
q̄ sic dr ecc 29 Transgrediēs [illegible]
dm incidet i pmissioez neq[illegible]
vo no sut comesti seu ust[illegible]
isti clausura madatoz no t[illegible]
s3 gteti statu et gradu debit[illegible]
ora vicia no cognat sine ist[illegible]
Nō transfugiūs t'minos quos [illegible]
pres tui Exemplo aialiu q [illegible]
se a leone terrētu cu cauda [illegible]
transgredi nuq̄ audent vt [illegible]
to dicat ist° ecc 21 potuit [illegible]
et no ē transgressg et face[illegible]
no fecit ideo stabilita sut [illegible]
i dno rel n sic dr i ps̄ Terr[illegible]
eis que no transgredict nq [illegible]
oppne tra t'minu d° legu [illegible]
re tim madatoz et pcept[illegible]
tim federz atq3 pactoz cu[illegible]
facimt pditores et male d[illegible]
re transgressi sut multi leg[illegible]
nert ius dissipauimt fedu[illegible]
s3 puaricatores transgressoz [illegible]
sut Et osee 6 Ipi aut sic [illegible]
si sut pastu meu ibi puar[illegible]
i me p3 g° q̄ ē transgressio q̄ u[illegible]
gtit sic n i carcare et i mo[illegible]
gstitutg libent qn pt transg[illegible]
exot carcēm includetes s[illegible]
di clausg et delicys et diu[illegible]
nōibg hui9 mundi tacq̄ quib[illegible]
a dyab° cōcceptg oia d3 s[illegible]
gres et pacta vicioz transgre[illegible]
re et ad libtate gre reuen[illegible]
dno istud ps Cum mte er[illegible]
tacie et in deo meo transgred[illegible]
Exemplo s3 dd a facie absolon[illegible]
cui s3 datu ē gsiliu 2 R° [illegible]
hac nocte i campestrib9 s[illegible]
lacōe transgredē Sic g° p3 qu[illegible]
gressio sumt tribus modis
Transire Nō q̄ transire [illegible]
trib9 ve i ultra ire s[illegible]
re motu et fluxu de t'mīo a[illegible]
no ad que et io ta i bono [illegible]
s[illegible]gto p transitu pt itellig[illegible]

516

Contra Faustum
manicheum
blasphemantem
legem et prophetas
et eorum deum
incarnationem
christi scripturas
autem novi testamenti quibus
convincitur falsas esse dicentem scripsi grande opus verbis
eius propositis reddens responsiones meas xxx et tres disputationes sunt. Quos etiam
libros cur non dixerim. Nam
et si sunt in eis aliqui perbreves tamen libri sunt. Unus
eorum ubi a nobis adversus
eius criminationes patriarcharum vita defenditur tante
prolixitatis est quante nullus
fere librorum meorum. In libro tertio cum solverem questionem
quomodo potuit duos patres
habere ioseph dixi quidem
quod ex alio natus est ab alio
fuerit adoptatus sed genus quoque
adoptionis dicere debui. Sic
enim sonat quod dixi tamquam
eum vivus adoptaverit alius pater. Lex autem filios etiam
mortuis adoptabat iubens
ut frater sine filiis mortui duceret uxorem fratris et fratri
defuncto semen ex eadem
suscitaret et hic profecto de duobus unius hominis patribus
expeditior redditur ratio. Uterini enim fratres fuerunt quibus
hoc contigit ut unus defuncti
qui vocabatur heli duceret
alter uxorem id est iacob a quo
matheus narrat genitum
esse ioseph sed uterino fratri
suo eum genuit cuius filium
lucas dicit fuisse ioseph non
utique genitum sed ex lege adoptivum. Hoc in eorum litteris inventum est qui recenti memoria
post ascensionem domini hac re scripserunt. Nam etiam nomen eiusdem mulieris que peperit iacob
patrem ioseph de priore marito
mathan qui fuit pater iacob
avus ioseph secundum matheum
et de marito posteriore melchi
peperit heli cuius erat adoptivus
ioseph non tacuit africanus. Quod
quidem cum fausto responderem
nondum legeram sed tamen per adoptionem
potuisse contingere ut unus
homo duos haberet patres dubitare non poteram. In xii et xiii
de filio noe secundo qui est appellatus cham ita disputatum
est tamquam non filio suo chanaan
sicut scriptura demonstrat sed
in se ipso fuit maledictus a patre.
In eodem vicesimo de sole et
luna et alia dicta sunt tamquam sentiant et ideo colerent
vanos adoratores suos quamvis
verba ibi accipi possint a tali

ad in animale translata modo locutionis qui vocatur grece methafora. Sicut de mari scriptum est quod fremat in utero matris sic volens progredi cum utique non habeat voluntatem.
B In undecimo absit autem ut sit in membris sanctorum etiam genitalibus aliqua turpitudo. Dicuntur quidem inhonesta quia non habent eam speciem decoris quam membra que in promptu locata sunt. Sed probabilius in aliis postea scriptis meis reddita ratio est cur ea dixerit etiam apostolus inhonesta propter legem scilicet in membris repugnantem legi mentis que de peccato accidit non de prima nostre institutione nature. Hoc opus sic incipit.

Faustus quidam fuit gente afer civitate mileuitanus eloquio suavis ingenio callidus secta manicheus ac per hoc nefando errore perversus. Noveram ipse hominem quemadmodum commemoravi in libris confessionum mearum. Hic quoddam volumen edidit adversus rectam christianam fidem et catholicam veritatem. Quod cum venisset in manus nostras lectumque esset fratribus desideraverunt et mea caritate per quam eis servimus flagitaverunt ut ei responderem. Hoc iam aggrediar in nomine atque adiutorio domini et salvatoris nostri Ihesu Christi ut omnes qui hec legant intelligant quam nichil sit acutum ingenium et lingua expolita nisi a domino gressus hominis dirigantur. C Quod multis etiam tardioribus et invalidioribus occulta equitate divine misericordie prestitit cum multi acutissimi et facundissimi deserti adiutorio dei ad hoc velociter et pertinaciter currerent ut a viis veritatis longius aberrarent. Commodum autem arbitror sub eius nomine verba eius ponere et sub meo responsionem meam.

disputatio prima

Faustus dixit. Satis superque iam traductis erroribus ac mente superstitionis simul et semiiudeorum habunde detecta fallacia a doctissimo scilicet et solo nobis post beatum patrem nostrum Manicheum studendo Adimantho non abre visum est fratres karissimi hec quoque nobis brevia et concinna responsa propter callidas et astutas conferentium nobiscum propositiones scribere quo cum idem vos ex more parentis

sum serpentis captiosis terminare
questiunculis voluerint
et ipsi ad respondendum vigi-
lanter essetis instructi. Ita enim
fiet ut ad ea ipsa que propo-
suerint religati, ultimus hinc
atque illinc vagari non possint ac
ne profusa confusaque oratione
legentium impedirent ingenia
tam breviter quam distincte et
ad unum de propositis atque iura con-
stituti. Responsio

Augustinus respondit. Tu
semichristianos cavendos pu-
tas quod nos esse dicis; nos autem
pseudochristianos cavendos
vos esse ostendimus. Nam quod
semiplenum est ex quadam parte
imperfectum, ex nulla tamen
falsum est. Quid ergo si aliquid
deest fidei eorum quos tu semi-
christianos vocare conaris, numquid
ideo id quod eis adest destru-
endum ac non potius id quod
deest astruendum est? Sicut
agnoscimus imperfectos loquens
apostolus ait: gaudeo et videns
conversationem vestram et id quod
deest fidei vestre in Christo. Cernebat
itaque quandam fabricam spi-
ritalem, sicut alibi dicit: dei
edificatio estis; et in ea cerne-
bat vel perfecta vel imperfecta; gaudebat
et unde satageret. Gaudebat ex
eo quod iam edificatum videbat,
satagebat ex eo quod usque
ad culmen perfectionis adhuc
edificandum esse sentiebat.
Itaque nos revera catholicos non-
dum perfectos, sed quodammodo
ut dixisti semichristianos, quos fa-
llaciter et seductorie vestra pravitate
insectamini. Sed si qui etiam
adhuc tales sunt, si nos pseu-
dochristianos esse intellexerint,
quamvis captiosis questionum
vestrarum propositionibus propter
id quod eorum fidei deest res-
pondere non possint, non tam
sequendos quam devitandos vos
esse cognoscunt. Dicit ergo vestra
intentio esse semichristianos quos
decipiatis inquirere; sic nostra
intentio est pseudochristianos vos
ostendere, ut non solum christiani pe-
ritiores vos convincendo pro-
dant sed etiam imperitiores vos
cavendo proficiant. Cur autem
serpentem patrem nostrum dixisti
esse quem credidit tibi solearis
vituperare deum qui hominum
preceptum in paradiso dedit
et laudare serpentem quod ei
pessimum consilium ... pare-
ret, puto iustum esse
ut serpentem filium dyabo-
lum a nobis laudatum tu
potius agnoscas parentem
tuum. Nam ille te filium etiam
non vituperatus agnoscit. Disputatio ii

Faustus dixit: Accipis
evangelium? Et maxime.

pseudo xpiani

a

spiritualem

+

b

serpens

quem adhuc

Proinde ergo et natum accipis Christum? Non ita est. Nec enim sequitur ut si evangelium accipio, idcirco et natum accipiam Christum. Cur? Quia evangelium quidem a predicatione Christi et esse cepit et nominari, in quo tamen ipse nusquam se natum ex hominibus dicit. At vero genealogia adeo non est evangelium, ut nec ipse eius scriptor ausus fuerit eam evangelium nominare. Quid enim scripsit? Liber generationis Iesu Christi filii David. Non ergo liber evangelii Iesu Christi, sed liber generationis, quippe in qua et stella inducitur que confirmat genesim, ut recte genesidion hoc nuncupari possit quam evangelium. Denique Marcus qui generationem scribere non curavit, sed predicationem tantum filii dei quod est evangelium, vide quam sit competenter exorsus: Evangelium, inquit, Iesu Christi filii dei, ut et hinc satis habundeque appareat genealogiam non esse evangelium. Namque et in ipso Matheo post inclusum in carcere Iohannem tunc legitur Iesum cepisse predicare evangelium regni. Ergo quicquid ante hoc narratum est, genealogiam constat esse, non evangelium. Alioquin quid impediebat et Matheum ponere evangelium Iesu Christi filii dei, nisi quia improbum putavit genealogiam nominare evangelium? Quare si adhuc tibi distinctum non erat, satis est quod usque nunc ignorasti longe aliud esse evangelium quam genealogiam. Sciat ergo nunc me dixisse accipere evangelium predicationem Christi. De quo quicquid interrogare volueris, omissis generationibus, querere, aut si et de ipsis conferre est animus, non equidem renuo, cum sit in magna et de his ad respondendum copia. Sed tu dixisti interrogare quod primum est. Videris enim in hoc scire velle utrumne evangelium accipiam, si utrum generationem.

Responsio

Augustinus respondit: Certe interrogasti teipsum velut ex persona nostra, utrumnam acciperes evangelium, et respondisti: maxime. Rursumque interrogasti utrumnam acciperes Christum natum; respondisti: non ita est, hanc scilicet causam subiciens: quia generatio Christi non pertinet ad evangelium. Quid ergo responsuri sumus apostolo dicenti: Memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine David secundum evan

Evangelium
Evangeliste

gelium meum? Vides ergo certe quod
nesciebas, aut te nescire fingebas
quid sit euangelium, neque ex do
ctrina apostolica si ex uero eius
nomine euangelium dicere si hic
appelles, quod apostoli appellaverunt [evangelium]
Aberras ab euangelio qui
non credis xpm ex semine da
uid quod apostolus secundum suum
euangelium predicari testatus
est. Quod autem erat apostoli pau
li euangelium hoc etiam cete
rorum apostolorum et omnium fide
lium dispensatorum tanti sa
cramenti. Hoc enim alibi di
cit: Siue ergo ego siue illi: sic
predicamus et sic credi
distis. Non enim omnes illi eua
gelium conscripserunt. Et tamen
omnes euangelium predicauerunt.
Narratores quippe originis
factorum dictorum passionum
domini nostri ihesu xpi proprie dicti sunt
euangeliste. Nam et ipsum
nomen si queramus quid
sit latine interpretatur bonus
nuncius. Et euangelium est
bona annunciacio. Quod
quidem cum aliquid boni annun
ciatur, semper dici potest: proprie
tamen hoc uocabulum obtinuit
annunciacio saluatoris. Si
autem nos aliud annunciantes
extra euangelium nos esse ma
nifestum est. Ceteros sumit ad
sum nos parum quos a

ppellatis seminianos. Si maturis
auribus nostrum sibi ex ore apostoli
personante audiant. Si quis
nobis annunciauerit preterquam
quod annunciauimus nobis
anathema sit. Cum ergo ipse
paulus secundum euangelium suum
annunciauerit xpm ex semine
dauid, uos qui hoc negatis et
aliud annunciatis anathema
sitis. Nemo autem non uideat
quanta cecitate dicatur quod
nusquam se xpm natum ex ho
minibus dicat, cum pene
se ubique filium hominis
uocet. Et melius doctissimi
homines proferunt nobis ex
armario uestro nescio quem
primum hominem qui ad gentem
tenebrarum debellandum
de lucis gente descendit ar
matum aquis suis contra ini
micorum aquas, et igne suo
contra inimicorum ignes, et
uentis suis contra inimicorum
uentos. Cur non ergo et fumo
suo contra inimicorum fumos
et tenebris suis contra inimi
corum tenebras, et contra fu
mum ut dicitis aere armabatur
et contra tenebras luce. Nunquid
mala sunt fumus et tene
bre, non ea potuit habere boni
tas eius. Bona sunt ergo cetera
illa, aqua, uentus, ignis. Cur
ergo ea potuit habere malicia

gentis adverse. Hic responde-
bitis. Sed aqua illa gentis
tenebrarum mala erat.
quam non primus homo attulit
bona erat / et ventus illius
malus, huius autem bonus / ita
et ignis huius bonus contra
malum ignem illius dimica-
vit. Cur ergo et contra ma-
lum fumum non potuit affer-
re fumum bonum. An in fu-
mo vestra mendacia tamquam
fumus ipse evanescunt
atque deficiunt / Certe primus
homo vester contra naturam con-
trariam bellum gessit. Cur
quinque illis elementis que in
contraria gente confingitis
unum allatum est contra-
rium de divinis regnis / lux
contra tenebras / Ceteri autem quatuor
non sunt contraria / Nam nec
aer fumo contrarius / multo
minus aqua aque / et ven-
tus vento / et ignis igni. Sed
non illa sacrilega deliramenta
quis audiat, quod primum
hominem vestrum dicitis secundum
hostium voluntatem quo eos
caperet / elementa que porta-
bat mutasse atque vertisse / ut
regnum quod dicitis falsitatis
in sua natura manens non
falleret, divinitate et substa-
ntie immutabilis appareret
ut falleret. Hunc primum ho-

minem filium credi vultis dominum
Ihesum Christum: Huius commenticie
fabule filium dicitis veritatem.
Hunc primum hominem quem
dicitis quia mutabilibus
et mendacibus formis cum
adversa gente pugnavit, si
verum dicitis non mutamini,
si autem mutamini et vos men-
timini / Vera propter dominus et sal-
vator noster Ihesus Christus verus
et verax dei filius / verus et
verax hominis filius. qui
utrumque de seipso testatur et
de vero deo divinitatis eter-
nitatem: et de vero homine carnis
originem duxit / Non novit
apostolica doctrina primum hominem
vestrum. Audite apostolum paulum:
Primus homo inquit de terra ter-
renus / secundus homo de celo
celestis. Sicut portavimus
ymaginem terreni portemus
et ymaginem celestis. Primus
itaque homo de terra terrenus ille
Adam de limo formatus. Secun-
dus autem homo de celo celestis dominus
Ihesus Christus / quia filius dei non
ad carnem quia suscepta et
homo exterius fieret et deus
intrinsecus permaneret / ut et dei fi-
lius verus esset per quem facti
sumus / et hominis filius ve-
rus esset per quem refecti sumus.
Cur ergo primum hominem
vestrum conficitis nescio quem

praedicatis et primum hominem
quem doctrina apostolica docet non
vultis agnoscere. An ut com
pleatur in vobis quod ipse apostolus
ait: a veritate quidem auditum suum
avertentes ad fabulas convertentur.
Paulus annuntiat primum
hominem de terra terrenum; Ma
nicheus annuntiat primum
hominem non terrenum nescio
quibus elementis fallacibus quinque
vestitum. Et Paulus dicit:
si quis vobis annuntiaverit
praeter quam quod annuntiavimus
vobis, anathema sit. Ergo
ne Paulus mendax sit, Ma
nicheus anathema sit. Cur
autem etiam stellae calumniamini
quia magi ad Christum infantem
adorandum perducti sunt, non
erubescitis, cum vos committe
retis Christum verum filium Dei
mentiri primi hominis ut non
sub stellae testificatione pona
tis, sed in stellis omnibus colliga
tum esse dicatis, quia in de illis
principibus tenebrarum com
mixtum esse creditis in illo
bello quo ipse primus homo
vester cum tenebrarum gente
pugnavit, ut de ipsis prin
cipibus tenebrarum tali com
mixtione captis mundus fa
bricaretur. Unde ista sacri
lega deliramenta vos co
gunt non solum in caelo atque

in omnibus stellis sed etiam
in terra atque in omnibus quae nas
cuntur in ea confixum et
colligatum atque concretum
Christum dicere, non iam salva
torem vestrum sed a vobis salva
ndum, cum eum manduca
tis atque ructatis. Nam et ista
impia vanitate seducti se
ducitis auditores vestros ut
vobis cibos afferant quo po
ssit ligato in eis Christo subveni
ri per vestros dentes et ventres.
Talibus enim auxiliis eum
solvi et liberari praedicatis,
nec adhuc totum, sed adhuc
dicitis exiguas sordidasque re
liquias eius in stercoribus
remanere contenditis ut in
aliis atque aliis rerum corpo
ralium formis iterum atque
iterum implicari atque impli
citae teneantur. Et si nec
sic potuerint solvi et purgari,
iam illo igne
ultimo quo ipse mundus
ardebit solvantur atque
purgentur. Nec tamen etiam
tunc totum Christum dicitis po
sse liberari, sed eius bonae di
vinaeque naturae novissimas
residuasque particulas quae
ita sordidatae sunt ut nullo
modo dilui valeant damp
nari in aeternum confixas glo
bo horrido tenebrarum. Et tamen

Stella

quin se fingit indignari quod
filio dei fiat iniuria cum
eius natiuitatem stella demon
strasse dicatur tamquam
genesis sub fatali constellatione
sit constitutus cum eum
ipsi non tantum sub stellarum con
uersione sed inquinationibus omnium
terrenorum et infectionibus omnium
herbarum et in putredine
omnium carnium et in corrup
tione omnium ciborum ita liga
tum pollutumque constituant
ut ex magna non tantum ex to
ta parte solui purgarique non
possit nisi ut ab hominibus
electis videlicet manicheis
etiam in porris radicibus e
ruetur. Et nos quidem sub
fato stellarum nullius hominis
genesim ponimus ut liberum
arbitrium voluntatis quo
vel bene vel male viuitur
propter iustum iudicium dei ab
omni necessitatis vinculo
vindicemus quanto minus
illius temporalem generationem
sub astrorum conditione cre
dimus factam qui est eternus
vniuersorum creator et dominus.
Itaque stella illa quam viderunt
magi Christo secundum carnem nato non
ad decretum dominabatur sed ad
testimonium famulabatur
nec eum subiciebat imperio
sed indicabat obsequio. Deinde
non ex illis erat hec stellis
que ab initio creature itinerum
suorum ordinem sub creatoris
lege custodiunt sed nouo virginis
partu nouum sidus apparuit
quod ministerium officii sui
etiam ipsis magis querentibus
Christum cum ante faciem preiret ex
hibuit donec eos usque ad ipsum
locum ubi verbum dei infans
erat perducendo perduceret. Quinam
tandem astrologi ita consti
tuerunt hominum nascentium
fata sub stellis ut aliqua ste
llarum homine aliquo nato
circuitus sui ordinem reliquisse
et ad eum qui natus est per
rexisse assererent. Sortem
quippe nascentis astrorum
ordini colligari arbitrantur
non astrorum ordinem ab ho
minis nati die posse mu
tari. Quapropter si stella illa
ex his erat que in celo peragit
ordines suos quomodo poterat
decernere quod natus Christus
acturus erat que nato Christo
iussa est relinquere quod age
bat. Si autem ut probabilius
creditur ad demonstrandum
Christum que non erat exorta est
non ideo Christus natus est quia
illa extitit sed ideo illa extitit
quia Christus natus est. Unde
si dici oporteret non stellam
Christi sed Christum stelle fatum fuisse

eius

Vadimda

ff fortuna stellarum

Stella magorum

ad

Astrologi

Fata vel dicunt

diceremus. Ipse quippe illi non illa huic nascendi attulit causam. Si ergo sunt fata que a fando id est a dicendo appellata sunt quoniam christus dei verbum est in quo antequam essent dicta sunt omnia non consortium siderum fatum christi est sed fatum etiam siderum christus. qui etiam ipsam carnem suam sub celo creatam ea voluntate assumpsit qua etiam celum creavit, ea potestate deposuit et recepit qua etiam sideribus imperavit. Cur ergo non sit evangelium, quod de ista generatione narratur cum tam bona nobis annuncietur ut per ipsam nostra sanetur infirmitas. An quia matheus non est ita exorsus ut diceret initium evangelii ihesu christi sicut ait marcus sed liber generationis ihesu christi. hoc modo nec iohannes evangelium scripsisse dicatur quia nec ipse ait initium evangelii aut liber evangelii sed in principio erat verbum. nisi forte tamen elegans novorum vocabulorum fabricator faustus fuit ut et hic iohannis exordium verbi divini nominavit christi verbum, sicut illud christi genesium genesidium censuit esse appellare. Sed cur non potius cogitatis quanta impudentia prodigiosas illas et inexpiabiles

partes

fabulas vestras evangelium nominetis. Quid enim illic boni annunciatur ubi dicitur deus adversus rebellem nescio quam contrariam alienamque naturam non aliter regno suo potuisse prospicere ac consulere nisi ~~~~ partem sue nature inavidas [?] illius fauces devorandam mitteret atque ita polluendam ut post tantos labores atque cruciatus non posset saltem tota purgari. Itane tam malus nuncius evangelium est. Certe omnes qui greca vel tenuiter noverunt evangelium bonum nuncium vel bonam annunciationem interpretantur. Quomodo est autem iste bonus nuncius quando quidem ipse deus vester in celo sibi opposito lugere nunciatus est, donec sua membra ab illa vastatione et contaminatione reparentur atque purgentur. Qui si aliquem luctum finierit crudelis erit. Quid enim de illo male meruit pars illa eius que in globo ligabitur que utique in eternum lugenda est quia in eternum dampnabitur. Sed evangelium [?] istum nuncium quisquis diligenter adverterit non cogitur lugere quia malus est sed ridere quia falsus est.

evangelium

Faustus dixit. disputacio iii

Accipitis ergo generationem

A
Equidem conatus sum dum
hoc ipsum quale cumque est
persuadere michi qua natus sit
deus: sed offensus duorum ma
xime euangelistarum di
ssensione qui genealogias
eius scribunt luce et ma
thei hesi incertus quem nam
potissimum sequerer sicnem
putabam ut qui presens
non sum quem mentiri ex
istimarem. ipse uerum diceret
et quem uera loqui ipse
forsitan mentiretur. Visum
est ergo eorum pretermissa
lite et interminabili michi
ad iohannem marcumque me
conuerti nec impares a duobus
a duobus et ab euangelistis
ac de eisdem nominis professores
quorum in principia initium non
inuito placuerunt. quia
nec dauid nec mariam produ
cunt nec ioseph. sed iohannes
quidem in principio fuisse
uerbum dicit et uerbum fu
isse apud deum et deum
fuisse uerbum xpm fuisse sig
nificans. marcus uero euan
gelium inquit ihesu xpi filii
dei tamquam matheum ex pro
batis qui posuerit filium
dauid nisi forte hic alterum
et alterum ille annunciat
ubi hec ergo racio est quia
ego non accipio xpm natum

Tu uero si tantus es ut hanc
michi adimas offensionem
efficere ut inter se ipsi conueniant
et ut cuique succumbam quamuis
nec sic quidem dignum sit ex
utero credere deum et deum
christianorum **Responsio** tercia

Augustinus respondet O
Si pio studio legisses euan
gelium et ea que te in euan
gelistis tamquam repugnancia
mouissent. diligenter quereres
quam temere dampnare maluis
ses ut saltem per ipsam que B
quasi prima fronte occurrit
apertissimam repugnanciam
cogitares non aliquid illic ma
gnum lateret difficile fieri
potuisse ut eis auctoritas inter
terrarum orbe preberetur. que
sibi tot hominum doctissimorum
ingenia subiugaret. Deinde
cum magnum est inde quod
uidistis alios xpi secundum carnem
progeneratores commemorari
a luca. alios a matheo. cum
ambo ioseph commemorant. matheus
ad quem pertingat. lucas a quo
incipiat cum per quod dum
cum eius matre sancti et uir
ginale coniugium etiam ipse
parens xpi meruit appellari
ut per uirilem dignitatem
ab ipso uel usque ad ipsum gene
raciones contexerentur. Deinde
ergo magnum est quod uidistis

quod alium patrem habeat iose
ph secundum matheum alium secundum
lucam et alium auum secundum
istum alium secundum illum
et deinceps sursum usque usque
ad dauid per tam multas ge
nerationes alios parentes
eius ab isto alios ab illo enu
merari. Ita ne tam apertam
manifestamque diuersitatem tot
acuti et docti viri diuinarum
scripturarum tractatores dili
gentissimi non viderent. Tam
quidem in latina lingua per
pauci sunt: eos autem in greca
quis numerat. Viderunt
eam plane. Et nam cum sic tran
seuntibus aut quis parpaululum
intuens ista non videat. Sed
pie cogitantes tante aucto
ritatis eminentiam latere
ibi aliquid crediderunt quod
petentibus daretur oblatran
tibus negaretur a querentibus
inueniretur reprehenden
tibus subtraheretur pulsan
tibus aperiretur oppugnan
tibus clauderetur. Petierunt
quesierunt pulsauerunt acce
perunt inuenerunt intrauerunt
Nempe tota in hac questio
est quomodo potuerit duos
patres habere ioseph. Hoc
enim si potuisse fieri demon
stratur nulla omnino causa
est cur quis ex istorum euange

listarum in duobus quattuor
enumerandis falsum dixisse
credatur. Ad nobis enim pare
ntibus iam non erit mirum nec
contrarium quod et auum alium
et attauum et proauum esse po
tuerunt et quicquid supra est
usque ad dauid cuius erant
ambo filii et salomon qui per
tinet ad ordinem quem matheus
secutus est et nathan qui ad
seriem quam lucas exposuit.
Attendunt autem ista nonnulli
et uident a nobis uni homini non
posse per commixtionem carnis
hominem gigni et ideo putant
istam questionem non posse dissolui
cum intuentur quod visitati
ssimum ac facillimum est
patrem cuiusque non eum tantum
dici a quo genitus sed etiam
eum a quo fuit adoptatus. Neque
enim adoptionis nomen ab
antiquorum alienum ab eorum
moribus fuit. Nam etiam
feminas inuenimus ad
optasse sibi filios non ex utero
suo natos sicut sara et agar
et lia ex ancilla sua et filia
pharaonis moysen adoptauit.
Ipse autem iacob nepotes suos
filios ioseph adoptauit. Preci
pue adoptionis nomen plu
rimum valere in nostre fidei sa
cramento apostolica doctrina te
statur. Unde apostolus paulus

cum de iudeorum multis lo
queretur quorum est inquit
adoptio et gloria et testamen
ta et legislacio: quorum
patres et ex quibus xpistus
secundum carnem qui est super
omnia deus benedictus in
secula. Item dicit: et ipsi
in nobismetipsis ingemi
scimus adoptionem expec
tantes redempcionem corporis
nostri. Item alio loco. Cum
autem venit plenitudo temporis
misit deus filium suum
factum ex muliere factum
sub lege: ut eos qui sub le
ge erant redimeret ut ad
opcionem filiorum reciperemus
hec ergo adoptio quam antiquum sa
cramentum sit hiis atque huiusmodi
testimoniis satis apparet:
Unicum enim filium deus
quem genuit de substancia sua
de quo dicitur cum in forma dei
esset non rapinam arbitratus
est esse equalis deo. Nos autem
non de substancia sua genuit: cre
atura enim sumus quam non
genuit sed fecit: et ideo ut
fratres xpisti faceret secundum modum
suum adoptavit. Iste itaque
modus quo nos deus cum
iam essemus ab eo non nati
sed conditi et instituti verbo
suo et gracia sua genuit ut
filii eius essemus adoptio
vocatur. Unde et Iohannes
dicit: Dedit eis potestatem filios
dei fieri. Cum igitur ius ado
pcionis filiorum apud patres nostros
et in scripturis sanctis usitatum
sit: que impietatis demencia
precipitat prius evangelistas
falsitatis arguere quod dupli
ces generaciones commemorant
tamquam utreque vere esse non po
ssint quam cogitare et attendere
et videre quod facillimum
est quam crebra consuetudine
generis humani unus homo
duos patres habere potuerit unum
cuius carne sit homo genitus
alterum cuius voluntate
cum iam homo esset filius sit
adopcionis. Quem si non recte
dicitur pater nec nos recte
dicimus pater noster qui es in celis
ei deo cuius substancia nati non
sumus: sed cuius gracia et misericordia
voluntate adoptati secundum
doctrinam apostolicam et fidei ve
ritatem ipsum quippe habemus E
et deum et dominum et patrem
deum quod ab ipso etiam ex
hominibus parentibus condi
ti sumus dominum quod ei sub
diti sumus patrem quod eius
adopcione renati sumus.
Facile ergo fuit religiosis per
scrutatoribus divinarum
litterarum aliquantulum con
siderare et videre in diversis

xpi generationibus a duobus
evangelistis commemoratis
quomodo duos patres habere
potuit Joseph quorum progeni
tores diversi enumerarentur
hoc et vos si studium contentionis
non excitaret facile videre po
ssetis. Sed ab illis viris alia etiam
quesita et inventa sunt cum
omnes harum rationum par
tes pertractarent. Hec autem
aliorum intellectu longissime
remota est. Itaque etiam minima
teneritatis errore constituti id
quod in rebus humanis fieri
solet ut alius carne gignat
filium alius eum voluntate
te adoptet ac si unus duos
patres habeat si non ad ipsum ani
mo legeretis cogitando vi
dere possetis. Cum ergo ante Ma
theus ab Abraham cepit des
cendens usque ad Joseph. Lucas
autem a Joseph cepit ascendens
non usque ad Abraham sed usque ad
deum qui fecit hominem et
dato precepto potestatem dedit ut cre
dens filius dei fieret. et cum ille
in capite libri generationes
ipsas enumeravit. ille autem
cum dominus Jesus a Johanne bap
tisatus fuisset et quod sibi ve
lit numerus generationum
secundum Matheum in ter
quatuordecim digerantur
quibus in summa computatio

tamen una minus apparet
numerus autem generationum
secundum Lucam qui in baptismo
domini commemoratur ad septuaginta
et vii pervenit. quem numerum
cum ipse dominus in peccatorum
remissione commendat dicens
non tantum septies sed etiam septua
gies septies. nullo pacto inda
gare possetis nisi aut aliquem
catholico audiretis non quo
libet sed divinarum scripturarum
studioso et quantum possit perito
aut ipsi ab errore correpti
pietate catholica peteretis ut
acciperetis quereretis ut inve
niretis pulsaretis ut aperiretur
nobis. Cetera post cum id quod
sanctum de generationum
diversitate proponit qui in duobus
patribus intelligendus hic
nodus erat: intellecta nativitate
et adoptione solutum est.
Frustra se volunt adducere
evangelistas convincere et ab aliis
duobus auferre magis offen
sionis ad quos se contulisset
quam eos a quibus abstulisset.
Non enim amant sancti suos
electores si suorum sociorum
eos invenerint desertores.
Unitate enim gaudent et in
xpo unum sunt et si alius
aliud et alius aliud aut
alius aliter et alius aliter
vera tamen omnes dixerunt nec sibi

nullo modo contraria si pius lector attendit si mitis legat si non heretico animo unde irretitur sed fideli corde unde edificetur inquirat. Nam ego quidem singulorum patrum generationes quos ut unus homo duos habuerit non est ab humano genere alienum singulos evangelistas narrandos suscepisse credimus: non est a veritate nostra fides aliena. Sed non ita ut se iam evangelistis convenientibus sic Faustus promisit ut eius succumbit. Sed illud quod adiungit nos adhuc monet Faustus nec sic quidem inquit dignum erit ex utero deum credere et deum christianorum quasi nos ipsam divinam naturam ex femine utero exisse credamus. Non nec modo commemoratum apostoli testimonium ubi ait de iudeis quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem qui est super omnia deus benedictus in secula. Christus ergo dominus et salvator noster filius dei verus secundum divinitatem et filius hominis verus secundum carnem non ex eo quod est super omnia deus benedictus in secula ex femina natus est sed ex illa infirmitate quam suscepit ex nobis ut in ea moreretur pro nobis et sanaret in nobis non ex forma dei in qua cum esset non rapinam arbitratus est esse equalis deo natus ex femina est sed ex forma servi quam accipiendo: semetipsum exinanivit. Neque enim ob aliud exinanisse dictus est nisi accipiendo formam servi non amittendo formam dei. Illa enim natura qua in forma dei equalis est patri incommutabiliter permanente suscepit mutabilem nostram per quam de virgine nasceretur. Vos autem cum carnem Christi virginali utero committere horretis ipsam divinitatem dei non tantum hominum sed etiam canum porcorumque uteris commiscetis. Semel conceptam in utero virginis Christi carnem credere non vultis in qua non solum non ligatus sed nec mutatus est deus et ipsam dei partem divinamque naturam in omnium hominum ac bestiarum masculinis seminibus et femininis uteris in quibus concipitur omnes terras et omnes aquas et omnes herbas ligari opprimi et coinquinari et nec totam postea liberari posse predicatis.

Disputacio IIII

Faustus dixit: Accipis testamentum vetus? Si est in eo mihi meo hereditas accipio

sine est non accipio. Improbitas
enim hec quidem nimia est
a usurpare tabulas que te detestentur
exheredatum. An ignoras testa
mentum vetus chananeorum
terram repromittere? sed eam tamen
iudeis id est circumcisis et sacri
ficantibus et abstinentibus
a porcina ac reliquis carnibus
quas immundas moyses appe
llat sabbata observantibus
et azimorum sollempnitatem
ac reliqua huiusmodi que eis
ipse testator erat observanda
mandavit. Et nunc quia xpia
norum nemini placuere neque
eum quisquam nostrum ea custodit
dignum est ut eum recusa he
reditate reddamus et tabu
las. Hec ergo prima causa est cur
ego testamentum vetus abicien
dum puto nisi tu me pruden
tius aliquid doceas. Secunda
vero causa est quod etiam tam mise
ra eius et corporalis ac longe
ab anime commodis hereditas
est ut post beatam illam novi
testamenti pollicitationem que
celorum michi regnum et vitam
perpetuam pollicetur etiam si gratis
eam michi testator suus inge
reret fastidirem. Responsio contra

Augustinus respondit. Tem
poralium quidem rerum pro
missiones testamento veteri
contineri et ideo vetus testa
mentum appellari nemo no
strum ambigit. et quod eterne
promissiones regni celo
rum ad novum pertinent
testamentum. Sed in illis tem
poralibus figuris fuisse futu
rorum que implerentur in
nobis in quos fines seculorum
devenerunt non suspicio mea sed
intellectus apostolicus est dicente
paulo cum talibus loqueretur
hec omnia figure nostre fuerunt.
Et iterum Hec omnia in figura con
tingebant illis. scripta sunt
autem propter nos in quos finis se
culorum obvenit. Non ergo
testamentum vetus ad consequen
das illas promissiones sed ad
intelligendas in eis novum te
stamentum prenunciationes acci
pimus. Veteris quippe testificatio
fidem novo conciliat. Unde do B
minus postea quam resurre
xit a mortuis se non solum
intuendum discipulorum oculis
sed etiam contrectandum manibus
obtulit. ne quod tamen cum sint mor
talibus et carnalibus sensibus
fallacie agi arbitrarentur sed ma
gis eos de veterum librorum
testificatione firmavit dicens
Oportebat impleri omnia que
scripta sunt in lege moysi
et prophetis et psalmis de me. Ro

itaque spes nostra in temporalium
rerum promissione defixa est
quando quidem nec ipsos illius
temporis sanctos et spirituales
viros patriarchas et prophetas
hijs terrenis rebus fuisse deditos
credimus. Intelligebant enim
revelante sibi spiritu dei quid
tempori illi congrueret et quibus
modis deus per omnes illas res
gestas et dictas futura signi-
randa et pronuntianda de-
cerneret. magisque desiderium eorum
de novo testamento erat. sed presens
functio corporalibus adsignifi-
canda nova ventura pollicita-
tionibus veteribus prebebatur.
Ita illorum hominum non tantum
lingua sed et vita prophetica fuit
carnalis autem populus promi-
ssis vite presentis inherebat. de
quo tamen etiam ipso nichilominus
significabantur ventura. Sed
vos ista non intelligitis. quia
sicut propheta dicit si non credideritis
non intelligetis. Non enim estis
eruditi in regno celorum id est in
ecclesia christi vera catholica. Nam
si essetis de dominis sanctarum
scripturarum non solum nova
sed etiam vetera proferretis. Ipse
quippe dominus ait. Propterea
omnis scriba eruditus in
regno celorum similis est
homini patrifamilias profe-
renti de thesauro suo nova et
vetera. Et ideo dum sola promi-
ssa dei nova tenere vos arbitramini
in remansistis in vetustate car-
nis et novitatem induxistis
erroris. De qua novitate apostolus
ait. Prophanas autem vocum
novitates evita. multum enim
proficiunt ad impietatem et
sermo eorum sicut cancer serpit
ex quibus est Ymeneus et Phi-
letus qui circa veritatem aberraverunt
dicentes resurrectionem iam factam
esse et fidem quorundam subver-
terunt. Ecce qua vena falsitatis
vos manare cognoscite qui
dicitis resurrectionem nunc esse
tantummodo animarum per
predicationem veritatis corporum
autem quam predicaverunt apostoli futuram
negatis. Sed unde autem spiritualis secundum
hominem interiorem qui re-
novatur in agnitione dei pote-
stis agnoscere cum prurientes
carnis et carnalium rerum
ymaginibus quibus totus error
vester involvitur veras corporeas non
possessione teneatis sed phantasmata
te sapiatis. Terram enim chana-
neorum que manifesta erat et
manifeste illi populo data erat con-
tempnere vos et fastidire gloria-
mini quia non ita terram luminis
describatis ex una parte atra
gentis tenebrarum tanquam
cuneo coartato discissam ut
neque in rerum veritate inveniatur

et in cognitione utrumque falsita-
te credatur et ideo nec in tantum
utrumque data sustineat et utrum-
que desiderata corrumpat.
Faustus dixit. Ac disputacio v.
Accipis evangelium? Et me intro-
gas utrum accipiam, in quo
id primum accipere apparet quia
que iubet observo. An ego de
te querere debeo utrum acci-
pias in quo nulla accipientis
evangelium videntur indicia? Ego
patrem dimisi et matrem et
uxorem et filios et cetera que
evangelium iubet, et interrogas
utrum accipiam evangelium? Nisi
adhuc nescis quid sit quod
evangelium nuncupatur. Est enim
nichil aliud quam predicatio et
mandatum Christi. Ego aurum ar-
gentumque reieci et es in zonis
habere desii, cottidiano conten-
tus cibo, nec de crastino curans
nec unde venter impleatur
aut corpus operiatur sollicitu-
dinem gerens, et queris a
me utrum accipiam evan-
gelium? Vides in me Christi beatitu-
dines illas que evangelium faciunt
et interrogas utrum illud acci-
piam? Vides pauperem, vides
mitem, vides pacificum, puro
corde, lugentem, esurientem,
sitientem, persecutiones et odia
sustinentem propter iustitiam, et
dubitas utrum accipiam evan-
gelium? Verum ergo iam mirum
est Iohannem Baptistam viso Ihesu
et eius item operibus auditis
querere adhuc utrum ipse esset
Christus, cum digne et merito Ihesus
nec dignatus quidem est re-
nuntiare quod ipse esset, sed opera
rursus eadem illi que iam
dudum audierat remandavit:
Ceci vident, surdi audiunt,
mortui resurgunt et cetera. Er-
go quoque ita te non inmerito fece-
rim, si percunctanti utrum ac-
cipiam evangelium dixero: omnia
mea dimisi, patrem, matrem,
uxorem, filios, aurum, argen-
tum, manducare, bibere, delicias,
voluptates. Hoc tibi ad interro-
gata satis responsum puta
et beatum te futurum si in me
non fueris scandalizatus. Sed non,
inquit, accipere evangelium hoc solum
est si sic precepit facias, sed ut etiam
credas in omnibus que in eodem
scripta sunt, quorum primum
est illud quia natus sit Ihesus.
Sed nec item illud solum esse
evangelium accipere ut credas quia
natus est Ihesus, sed ut facias
etiam quod precepit. Ac si me
ideo evangelium non accipere putas
quia generationem pretermitto,
sicut tu ergo accipis et multo ma-
gis non accipis, quia precepta
contempnis. Ac per hoc interim
pares sumus donec discutiamus

et partes. Aut si tibi no[n] prem
dicat preceptorum ista contemp
cio ad proficiendum quin ymmo ac
cipias euangelium/ michi adhoc
quare premittet genealogia
dampnata. Quod si accipere
euangelium in duobus hijs constat
ut dicis genealogias credere
et seruare mandata. Quid er
go imperfectus imperfectum
indicas. Uterque utrum eget
altutro: et si quod certius est
accipe euangelium in sola obser
uatione constat celestium man
datorum. Duplici modo imp
bus es qui ut dici solet de
sertor arguas militem. Et
tamen age ponamus quia ita
nis duo hec partes esse fidei
perfecte quarum una quidem
consistet in uerbo i. facti xpm natum
Alia no[n] minore quod est obser
uacio preceptorum. Vide ergo
quam arduam ergo et diffi
ciliorem partem michi elege
rim/ tu uero quia leuissimam
et faciliorem. Et inmunito ple
bes ad te confugit. Amore resu
git nesciens utique quia regnum
dei: no[n] sit in uerbo sed in uirtute. Er
go est quod me lacessis si difficili
orem fidei aggressus partem
tibi ut infirmo reliqui facili
orem. Sed ergo ad tenendam
inquit salutem animus hanc
partem fidei efficaciorem puto

ac magis ydoneam quam
tu reliquisti i. xpm facti natum.
Age ergo ipsum eundem intro
ducamus xpm xpum potissimum
nobis salutis oratur occasio
querem ore dicamus. Non
omnium intrabit in regnum
tuum xpi. Sed qui fecerit inquit uo
luntatem patris mei qui
in celis est. Non dixit qui
me professus fuit natum.
Et alibi ad discipulos Ite et
docete gentes baptisantes
eos in nomine patris et filii et
spiritus sancti/ et docentes eos
omnia seruare quecunque man
daui uobis. Non dixit docen
tes eos prima sum natus sed
ut mandata seruent. Item
alibi dixit mei estis si fe
ceritis que precipio uobis. Non
dixit si natum me credide
ritis. Et rursum si feceritis man
data mea manebitis in dile
ccione mea. Et alia multa.
Necnon in monte cum do
ceret ait pauperes dicens beati
mites beati pacifici beati puro cor
de beati qui lugent beati qui esu
riunt qui persecucionem pa
ciuntur propter iusticiam/ nusquam
dixit qui me confessi fuerint
natum. Et in discretione
agnorum ab hedis in iudicio
dicturum se dicit his qui ad
dextram sunt/ esuriui et

dabastis me· sitim et potastis
et cetera Propterea precipit re
gnum mereri non et dimitti quendam
iuvenem etiam vade inquit
et vende omnia que habes et
sequere me Non dixit crede me
natum ut merearis intrare Et
si portionem mee quam inde dico
genealogie ut vel in ultimis elegi fide
ubique vita beatitudo et regnum
promittitur nunc non inveniam
Aut docete ubi ubi scriptum est
beatum esse regnumque per
cepturum· aut etiam habi
turum vitam qui eum fassus
fuit ex femina natum Quantum
tamen et si hec pars est fidei be
atitudine non sed Cum non eg
ere partem fidei probaverimus
quid fiet Nempe eritis nos
manes quod et ipsis utique
monstrabitur Sed interim hac
satis nobis est ad propositum quia
porcio hec nulla beatitudinibus
coronata sit Etiam tamen accedit
et illa alia beatitudo ex confes
sione cristo sermonis· qua ihesum
confitemur esse cristum filium
dei vivi Quod ipse eque ore
suo beat ibi dicens ad petrum
Beatus es simon bariona quia
tibi non hoc caro et sanguis
aperuit sed pater meus qui in ce
lis est Cetera propter non iam ut
putabatis unam: sed duas eas
demque ratas fidei partes te

nemus et utrique parte beati
appellamur Augustinus quia alteram
earum operibus exercentes alteram
sine blasphemia predicamus
Augustinus Responsio contra
Ad respondit iam super commemo
ravi quia sepe dominus se filium ho
minis dicat et quanta vani
tate manicheorum fabulam
nephandi sui erroris induat
de nescio quo commixto primo ho
mine quem non terrenum sed fallacibus
elementis indutum contra
apostolum predicant dicentem Primus
homo de terra terrenus· et quanta
cura nos idem monuit apostolus
dicens· si quis vobis annunciaverit
preterquam quod annunciavimus
vobis anathema sit Quapropter
restat ut filium hominis cristum
ita credamus sicut apostolica ve
ritate predicatur non sicut mani
cheorum falsitate confingitur
Cum igitur enim evangeliste
annuncient natum ex femina
de domo david· hoc est ex fa
milia david paulusque ad
thimotheum scribat dicens
memor esto ihesum cristum resur
rexisse a mortuis ex semine
david secundum evangelium
meum satis apparet quemadmodum
cristum filium hominis credere de
beamus· qui filius dei propter nos
facti sumus etiam filius hominis
per assumptionem carnis factus

a

est ut moreretur propter delicta nostra et resurgeret propter iustificationem nostram. Ideo quippe utrumque se dicit et filium dei et filium hominis. Unde ne putem plurima uno loco commemorando secundum Iohannem ita scriptum est: Amen amen dico vobis quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei et qui audierint vivent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso sic dedit et filio vitam habere in semetipso et potestatem dedit ei et iudicium facere quia filius hominis est. Dixit vocem filii dei audient et dixit quia filius hominis est. Secundum hoc enim quod filius hominis est accepit potestatem iudicium faciendi, quia in ipsa forma venturus est ad iudicium ut et a bonis et a malis videatur, in qua forma etiam ascendit in celum et voce angelica discipulis sonuit: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Nam secundum id quod filius dei deus est equalis patri et cum patre unum non videbitur a malis. Beati enim mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Cum ergo credentibus ipse promittat vitam eternam, nec aliud sit credere in eum quam credere in verum

Christum qualem seipsum predicat et ab apostolis predicatur hoc est et verum dei filium et verum hominis filium, vos Manichei qui creditis in falsum et fallacem falsi et fallaces hominis filium eum et ipsum gentis deum adversus tumultum perturbatum membra sua misisse cruciandam nec per ea tota purganda: videte quam sitis alieni a vita eterna quam promittit Christus illis qui crediderint in eum. Ait enim Petro confitenti eum filium dei: Beatus es Simon Bariona. Numquid ideo nusquam promisit eis qui in eum filium hominis crederent, cum idem ipse sit et filius dei et filius hominis. Habes etiam aperte vitam eternam promissam credentibus in filium hominis: sicut exaltavit Moyses serpentem in heremo sic oportet exaltari filium hominis ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam. Quid multis amplius? Credite ergo in filium hominis ut habeatis vitam eternam, quia ipse est verus deus et vita eterna, sicut idem Iohannes ait in epistola, ubi etiam dicit antichristum esse qui negat Christum in carne venisse. Verum ergo nos tamquam de mandatore eius perfectione

iactatis quod ea que in evangelio pre-
cepta sunt operamini. Quid enim
B illa prodessent ubi non est fides
vera etiam si vere implerentur
a vobis? Nonne audistis apostolum
dicentem: Si distribuam omnia
mea pauperibus et tradam corpus
meum ut ardeam, caritatem
autem non habeam, nichil michi
prodest. Quid ergo vos tamquam
de sancta paupertate iactatis cum
christiana caritate careatis? Habent
enim inter se quamdam caritatem non
tantum etiam latrones sibi debi-
tores facinorosam flagitiosamque
conscientiam. Sed caritatem quam
commendat apostolus ut eam a ce-
teris improbandis repudiandisque
secerneret, alio loco ait: Finis
autem precepti est caritas de corde
puro et conscientia bona et
fide non ficta. Quomodo ergo habere potestis
veram caritatem ex fide ficta
surgentem? Aut quid vos pige-
bit fidem vestram fucare men-
daciis, qua audetis et primum ho-
minem Christum cum suis ho-
stibus in sue nature veritate
manentibus mutabili falla-
cia dimicasse predicatis et
Jo. ipsum Christum qui dixit Ego sum ve-
ritas speciem carnis, mortem
crucis, vulnera passionis,
cicatrices resurrectionis men-
titum esse suadetis? Ipso vo-
c

ipso iure Manicheos multos si illo
mentiente nos amamus ac tuos
in veritatem? Si autem Christum imi-
tetur multos quis in nobis te-
neat falsitatem cum in his
quoque mandatis que vos im-
plere dicitis non sit nisi plena fa-
llacia? Christum ipse cum dixisse sit
sanctus dicere quod et in zonis
non portetis nisi forte ideo verum
dixit quia non es in zonis sed
et aurum in sacculis et mar-
supiis habeatis? Vere reprehen-
derentur ista in nobis nisi esset
aliud pestiferum et alienum
ibi. Nunc in rebus humanis
est ille Constancius modo vester frater
iam catholicus christianus qui
multos vestrum Rome congrega-
verat in domum suam propter
implenda precepta Manichei
satis quidem vana et inepta
secundum vestram que magna
existimatis, cum vestra
infirmitas cederet dispersi estis
vivis sensus vestri suam
Unde illi qui mensis perdurare
voluerunt a vestra societate sci-
ssi separati sunt et quia in
mattis dormiunt mattarii
appellantur. A quorum stra-
tis longe dissimiles fuerunt
plume Fausti et caprone | st' nuba cquerop et dur' / qui come a capite xue
lodices qua deliciarum
affluentia non solum Mattarios

fastidiebat sed etiam dominum
patris sui hominis pauperis
misericordiam. Aufertis ergo perditam
simulationem: si de moribus
non vultis saltem de litteris vestris
de lingua vestra: cum dicta vestra
tamquam ille primus homo cu-
gente tenebrarum mendaci-
tibus non elementis sed litteris
repugnare videamini. Sed ne in
hominis potius non implentes
ea que sibi precipiuntur quam
in ipsam sectam vanissimi
erroris me ista dicere quis-
quam reprehendat. Haec dico
Talia sunt ipsa precepta ma-
nichei: ut si ea non faciatis de-
ceptores: si autem faciatis decep-
ti sitis. Neque enim christus nobis
precepit ut herbam non evella-
tis: sed ut homicidium perpe-
tretis: qui discipulos suos per
segetes transeuntes et esurien-
tes vellere spicas sabbato non
prohibuit. Unde convincit
et presentes iudeos et futu-
ros manicheos: illos quia
sabbato fiebat, illos quia fiebat.
Sed plane manicheus precce-
pit: ut otiosi sitis manibus vestris
de homicidiis vivatis alie-
nis. Et illa quidem sunt fal-
sa homicidia: sed vera sunt
vestra: cum tali de Moyse
doctrina miseras animas tra-

-ditatis. Inest tamen ille hereticus
typhus intolerabilisque superbia.
Vides nunc inquit christi beati-
tudines illas que euangelium faciunt
et interrogas utrum illud accipiam.
Vides pauperem: vides mitem:
vides pacificum puro corde lu-
gentem esurientem sitientem
persecutiones et odia sustinentem
propter iustitiam et dubitas utrum
accipiam euangelium. Si hic esset
iustum iustificare seipsum
vobis prius voluisset intelligi-
homo iste cuius hec loquetur
Sed ego videlicet sancti non
incubor notus omnibus au-
ditoribus manicheorum et
eis maxime qui sunt rome.
Talem propono manicheum
qualem constantius requirebat
cum illa precepta exigebat
impleri non qualem videre
nolebat. Et illum tamen non
video pauperem spiritu qui tam
superbus est ut animam suam
deum credat nec captivus e-
rubescat. Non video mitem qui
tante auctoritati euangelice ma-
vult insultare quam credere.
Non video pacificum qui naturam
ipsam divinam qua deus est
quicquid est qui solus vere
est perpetuam pacem habere
potuisse non putat. Non video
puro corde in quo tumultuantur

tam sacrilega et tam multa
figmenta. Et nemo lugentem
nisi deum captum et ligatum
donec solvatur et evadat: ex qui-
dam tamen parte decurtatus quae
in globo tenebrarum a parte li-
gabitur et non lugebitis. Quo-
modo esurientes et sitientes
iustitiam quam Faustus in
scriptis suis non addidit credo ne
sibi deesse videretur si eam se
adhuc esurire et sitire fateretur.
Sed quam iustitiam isti esuriunt
et sitiunt quibus perfecta iustitia
erit damnatis in globo fratribus
qui nihil suo vitio perierunt
sed hostili labe quo eos pater
misit inexpiabiliter infecti sunt
insuper triumphare. Et nemo de
G persecutiones et odia sustinens
propter iustitiam quibus haec sacrilegia
praedicare et persuadere iustitia est
Pro qua impia perversitate propter
Christianorum temporum man-
suetudinem quam parva et prope
nulla patiamini cur non
cogitatis: sed tamen quoniam satis
loquimini iustitiae vestrae velut
magnum vultis esse indicium
quod obprobria sustinetis persecu-
tionesque patimini. Porro si
tanto est quisque iustior quan-
to graviora perpetitur omi-
tto dicere quod inde facillimum
est quam multa graviora nobis
patiantur alii atque alii facino-
ribus flagitiisque polluti: illud
dico si pro nomine Christi quoquo
modo usurpato atque suscepto
quisquis patitur persecutionem iam
etiam veram fidem iustitiamque
quia tenere dicendus est conce-
dite ut ille sit fidei verioris
maiorisque iustitiae qui multo
nobis perpessionum graviora
potuerimus ostendere. Et multa
nobis iam nostrorum in mentem occur-
rant atque ipse praecipue Cypri-
anus. Scimus etiam Marcionitas coronari
quod in Christum crediderint natum
ex Maria virgine. Et probat ille
fide quam nos detestamur
usque ad gladium mortemque pervenit
cum gregibus Christianorum vere ita
credentibus atque ita graviter
morientibus. Faustus autem
convictus est vel confessus quod
Manichaeus esset cum aliis nonnullis
secum ad iudicium proconsulare
perductus eis ipsis Christianis a
quibus perducti sunt intercedentibus
levissima pena: si tamen illa
pena dicenda est in insulam
relegatus est quod sua sponte
cottidie servi dei faciunt se a
turbulento strepitu populorum
removere cupientes et unde
publica terrenorum principum
nota per indulgentiam solent
relaxare dampnatos. Denique

non multo post inde omnibus eandem
sollempniter sorte dimissi sunt.
Fatendum igitur illos fidei tenuis-
se veriorem meliorem que vitam
qui procul multo quam nos ex-
celsiora sustinere meruerunt.
Cavete desinite nos inde iacta-
re quod multis detestabiles
sitis. Sed discernite quid sit
persecutionem pati pro blasphe-
mia et persecutionem pati pro
iustitia. Et porro ista rerum pa-
tiamini in vestris libris etiam
atque etiam diligenter advertite.
Quam multi aut in vestra
communione venerant fuerunt
ista sublimiora precepta evan-
gelica, de quorum spe fallitis
imperitos. Quam multi homines
utriusque sexus ab omni debito pu-
re atque integri, quam multi ex-
perti et postea continentes,
quam multi rerum suarum dis-
tributores et relictores, quam
multi ieiuniis vel crebris
vel cottidianis vel etiam incre-
dibiliter continuatis corpus
servituti subicientes, quam
multe fratrum congregationes
nichil habentes proprium sed omnia
communia et hec non nisi ad
victum et tegumentum
necessaria, unam animam
et cor unum in deum caritatis
igne conflantes, atque in his

omnibus professionibus quam
multi fallaces et perditi depre-
henduntur, quam multi etiam
latent, quam multi primo recte
ambulantes perversa volun-
tate cito deficiunt, quam multi
temptationibus inveniuntur
quod alio animo talem vitam
adumbrata specie susceperunt,
et quam multi fideliter et humi-
liter sanctum custodientes proposi-
tum usque in finem perseverant et
salvi fiunt. Et in quorum societate
qui dispares apparent, sed tamen
eadem caritate copulantur
qui propter aliquam necessitatem
secundum apostoli exhortationem habent
uxores tamquam non habentes et
tamquam non tenentes emunt
et utuntur hoc mundo tamquam
non utentes. Quibus subiungitur
secundum habundantes divitias
vite dei. Etiam illis quibus dicitur
Nolite fraudare invicem
nisi ex consensu ad tempus
ut vacetis orationi et iterum
ad id ipsum estote ne vos temp-
tet sathanas propter intemperantiam
vestram. Hoc autem dico secundum
veniam non secundum imperium.
Qualibus etiam idem apostolus dicit
Iam quidem omnino delictum
est quia iudicia habetis vobis-
cum. Et ceterum portant in-
firmitatem. Paulo post dicit

Peculiaria igitur iudicia si ha
bueritis: eos qui contemptibi
les sunt in ecclesia hos collocate. Reg
num illi soli qui ut sint perfecti
vendunt omnia sua vel dimi
ttunt et secuntur christum pertinet
ad regnum celorum sed bene im
plere vane propter quoddam quasi
commercium caritatis sibi iungit
etiam quedam stipendiaria
multitudo cui dicetur: esurivi
et dedistis mihi man
ducare et cetera. Alioquin dampnandi
erunt illi quorum domos
tam diligenti et sollicita cura
componit apostolus monens mu
lieres esse subditas viris suis
viros diligere uxores suas filios
obtemperare parentibus patres
filios nutrire in disciplina
et correptione domini servos obe
dire dominis cum metu carnali
bus dominos quod iustum est et
equum servis prestare. Absit
ut istos a mandatis evangelicis
alienos et a vita eterna sepa
randos iudicet quia ubi ait
dominus: si quis non tulerit crucem
suam et secutus me fuerit
non potest meus esse discipulus
exhortans fortiores ad perfectionem
ibi statim et istos consolatus
est dicens: qui recipit iustu
m in nomine iusti mercedem iusti
accipiet / et qui recipit prophetam
in nomine prophete mercedem prophete
accipiet. Unde non tantum qui mo
dicum vinum thimotheo dederit
propter stomachum et frequentes
suas infirmitates / sed etiam qui famori
aut forciori calicem aque frigi
de porrexerit tantum in nomine dis
cipuli sicut ibi sequitur non perdet
mercedem suam. Frustra autem 6
fallitis auditores vestros qui
cum suis uxoribus et filiis et
familiis et domibus et agris
vobis serviunt / si quisquis ista
omnia non dimiserit non accipit
evangelium. Sed quia eis non resur
rectionem sed revolucionem ad istam
mortalitatem promittitis ubi ut
rursus nascantur et vitam
lectorum vestrorum vivant. tam
vana et inepta et sacrilega quam
vos vivitis quam valde lauda
mus. Aut si meliorem vitam
sint in mulones et cucume
res vel in alios aliquos cibos
remeant quos vos mandu
caturi estis ut vestris ructatibus
cito purgentur. Multo eos a
mandatis evangelicis alienos
sed et vos ipsos talia sentien
tes atque suadentes maxime
inde separare debetis. Cum
hec vanitas ad fidem evan
gelicam pertinet non debuit
dicere dominus: esurivi et dedistis
mihi manducare / sed esuristis

et manducastis me vel esu
rium et manducavimus nos vobis
cum Christo iam ministrationis
vestre secundum vestra deliramenta
quisquis recipietur in regnum
dei quia manducare sanctis
dedit. Si quia vel manducat
quos angelaret vel quia man
ducatis est a quibus angela
retur intellegimus. Nec illi dicent
domine quando te vidimus esu
rientem et dedimus tibi
manducare. Sed dicent quando te vi
dimus esurientem et mandu
casti nos? Quibus ille non respon
deret: cum uni ex minimis
meis dedistis vel dedistis, sed
cum uni ex minimis meis
nos manducavit ego vos
manducavi. Ceterum prerupta
sentientes et docentes et secundum
hec viventes, audistis nos
dicere evangelica precepta ser
vare et catholice ecclesie dero
gare, in qua sunt tam multi
pusilli cum magnis, quos
utrosque dominus benedicit, per suis
gradibus evangelica precepta ser
vantes et evangelica promissa
sperantes. Sed vestrum oculum ma
livolus error in solam pa
leam vite segetis ducit. Vos
et etiam ibi cito invenietis si
et esse velletis in nobis diu
qui et manichei facti sunt
mali sunt et qui ficti non

sunt nam sunt. Ubi enim fides
ipsa ficta est et qui ea simu
late utitur fallit. Et qui eam
veram existimat fallitur. Nec
ergo potest existere bona vita
quia ex amore suo quisque vi
vit vel bene vel male. Nos autem
spiritualis et intelligibilis boni
tatis ac non corporalium
fantasmatum cupiditate ac
decretis ut cito dicam quod de
vobis notissimum est solem istum
corporeum non pro divina substan
tia et sapientie luce coleretis.

Faustus. Disputatio VI

Edicit accipis veteris testa
mentum. Quomodo ergo eius pre — principio
cepta non servo? Et ipse quidem
quia nec tu eam peritomen
ego ut prudentior de spiritu ac
si non fallor et tu. Cessationem
sabbatorum ut superstitiosa, credo
quod et tu. Sacrificia ut
ydolatriam non dubito quod et
tu. Porcina non sola certe
ego abstineo. Tu idem non
solam comedis. Ego quidem
et omnia immunda carne
existimo, tu non quia nichil
immundum quo utrosque ab
utroque iam veteris destruitur
testamentum. Azimophagie
ebdomadis scenophegia atque
neomenias tamquam inutilia et
vana contempsi similiter ves
tibus non inserere purpuras

in adulteriis ponere vestem lino
stimam · bovem et asinum in-
iungere si necesse sit in sacrilegiis
numerare · talium ac robu
rerum aut similis note ho
minem non constituere sacerdo
tem quia non sunt huiusmodi apud
deum immundi utique contemp
simus respuimus · nec in sceleris
habuimus nec in poenis · haec
omnia praecepta sunt · et institu
tiones veteris testamenti · Er
go obiectus tibi mecum commune
est seu crimen puniendum
est seu recte factum · Utrique
enim nostrum vetus respuit testa
mentum · Ergo quid inter
meam fidem intersit quaeris
et tuam · Hoc quia tibi
mentiri libet et inliberaliter
agere · ut quod mente oderis
verbis collaudes · Ego fallere
non didici quod sentio loquor
tam turpium odisse me fa
teor praeceptores quam ipsa prae
cepta · Responsio Sexta

Augustinus respondit · Que
madmodum et quare
accipiatur testamentum
veteris ab heredibus testamenti novi
si nomen iam superius diximus
Sed quia pariente Christo pro
missis eius fruuntur et sit
nunc aut de praeceptis agere
nolunt respondeo istos omnino
nescire quid intersit inter
praecepta vitae agendae et praecepta
vitae significandae · Exempli gratia a
Non concupisces praeceptum est
vitae agendae · Circumcidetur omne
masculinum octavo die praeceptum
est vitae significandae · Ex hac
quippe imperitia manichaei
et omnes quibus displicent
litterae veteris testamenti quae quidem
deus mandavit priori populo
ad celebrandum umbras
futurorum non intelligen
tes et ea modo non observari
animadvertentes exigere
praesentis temporis illa reprehen
dunt quae utique illi tempori
congruebant quo ista quae
nunc manifestata sunt ven
tura significabantur · Sed quemadmodum
dictum sit ad istos apostolum
qui ait · Haec omnia in figura
contingebant illis scripta sunt
autem propter nos in quos finis saecu
lorum obvenit · Hac ergo causa
capiunt cur illae litterae accipiantur
a nobis et cur illa rerum
signa iam necesse non sit
ut observentur a nobis · Cum
enim dicit ~~scriptura~~ scripta sunt
autem propter nos procul dubio de
monstrat quanta nobis cu
ra legenda et intelligenda
et in quanta auctoritate
habenda sint quia propter nos
utique scripta sunt · cum vero dicat
figurae nostrae fuerunt et omnia

in figura contingebant illis
ostendit iam non opus esse ut cu-
ris ipsas manifestas agnitas
figurarum pronunciantium
celebrationi servaremus. Quod
dicit alio loco Nemo ergo vos
iudicet in cibo aut in potu
aut in parte diei festi aut ne-
omenie aut sabbatorum quod
est umbra futurorum. Hic etiam
cum dicit nemo vos in eis
iudicet declarat quam non
sit necesse ut iam hec obser-
ventur. Cum autem dicit quod
est umbra futurorum, osten-
dit quam oportuerit ut illo
tempore observarentur quo ista
que iam nobis manifesta e-
luxerunt per tales umbras fi-
gurarum futura predicebantur.
Quoniam si nichil resurrectione
domini iustificaret nos, cuius re-
surrectionis ex die passionis
tercius quidem post diem tamen
sabbati, hoc est post septimum
octavus fuit, profecto spoli-
arentur carnali velamento
mortalium desideriorum et cor-
dis circumcisione gaudentes
non eam in carne adumbrata
figurationemque dederent tempore
veteris testamenti, quibus iam
tempore novi testamenti fieri ob-
servarique non cogerent. Quoniam
cum membro corruptionis
expoliatio carnalis et mor-
talis fetus exoritur. Sicut

B

dicit apostolus omnia munda mun-
dis immundis autem et infide-
libus nichil est mundum, sed
polluta sunt eorum et mens
et conscientia. Itaque isti qui mundi
sibi videntur nimis quia illa
membra tamquam immunda
adversantur aut adversari se fin-
gunt, magis infidelitatis et
erroris immundicias nu-
derunt, ut cum detestentur
commixtionem carnis quam
dixit apostolus signaculum iusti-
cie fidei, in ipsis tamen carnalibus
membris divina dei sua mem-
bra credant colligata et in-
quinata detineri, ut cum carnem
immundam dicunt et deum
illic ex parte qua ibi tenetur
immundum factum dicere
compellantur. Quippe quem
mundari oportere asserunt
quod donec fiat quantum fieri
potuerit, meum nunc cum
perpeti omnia que carnes
paciuntur, non tamen in labore
et dolore afflictionum, sed etiam
in voluptate corruptelarum.
Et utique se dicunt parcere
quod non concubitibus nec nocturnis ve-
neris ardoribus implicetur et
sordibus inquinetur. Cum ergo
dicat apostolus omnia munda
mundis, utique hominibus
qui possunt videri nobis
tanto perversitate immundior quan-
to magis omnia munda sunt

C

deo qui semper incontaminabilis
et incoinquinabilis permanet
Decimus scriptura divina dictum
est in meis libris quos reprehen
dendo vehementer inqui
namini quod nichil inquinatum
e incurrere et attingit ubique
C propter suam mundiciam Cena
propterea inmundissima nam
sic ista ne displiceat tibi in me
bro humano unde humana
generatio propagatur signum
regnacionis humane illum
cum munda sint omnia deum
iussisse constitui Et placet
tibi etiam in flagiciis que in
membro ab inpudicis homi
nibus perpetrantur inmundi
ciam cum nichil est inmundi
ex parte sue nature contamina
bat atque corrumpi et modo cum
patitur iniuriis ac turpibus
corruptelis quas coniugalis con
cubitum quo creditis inquinari
Videte iam dico quod soletis
Ergo ne deerat ei deus preci
deret signaculum iusti
cie fidei in illo membro
Respondemus Cur enim
et ibi non Primo quia omnia
munda mundis Quia hoc
apostolus dicit signaculum da
tum abrahe iusticie fidei in
tali circumcisione Vos autem
nolite erubescere si potestis
cum nobis dicitis Ergo ne de
erat deo uno quid ageret

ne sue nature partem istis
membris que sic despicis
implicaret Pudenda quidem
ista dicuntur hominibus propter
nostre mortalitatis corruptibilem
penalemque propaginem que
inde subsistit quibus casti
adhibent verecundiam im
pudici petulanciam deus D
ministraciam Cessatio non sabbati
iam quidem super vacuam
ducimus ad observandum
ex quo spes revelata est nostre
quietis eterna non tamen ad legen
dum et intelligendum. Quia
propheticis temporibus cum
essent ista que nobis hoc tempore
patefacta sunt non tantum sermo
nibus sed et actionibus pre
figuranda et prenuncianda
illo signo quod legimus ibi
ista prenotata est quam te
nemus Vos autem dicite vobis mi
dicitis cur nostram cessationem
nolitis implere Iudei ipse
sabbato suo quod adhuc carna
liter sapiunt non solum in agro
fructum nullum decerpunt
sed nec in domo concidunt aut
coquunt Vos autem cessantes
quidem expectatis quando au
ditorum vestrorum propter vos pisce
dos cultello vel falcicula ac
natus mortuum prosiliat
homicida cucurbitarum
quare nobis afferat in verum
dictu viva cadavera Nam

si nō eas occidit quid nos
in tali facto metuitis Si ante
occiduntur eum decerpi mitur
quomodo eis inest uita cupiu
gande atq; recreande mandu
cando atq; ructando nos asse
ritis subuenire Accipitis ergo
uincentes cucurbitas quas
si possetis deglutire deberetis
ut post illud unum uulnus
inquo eas eum decerpsistis
audita vocis factus est ura
indulgentia liberandi saltim
deinceps ad officinam agna-
liculi uri ubi dentium uestrorum
illo prelio confractum repa
rare possitis illese atq; integre
peruenirent Nunc aut ante
quam eis conterendis dentes
incumbant inmutatum sicut
hoc palato placuerit conci
duntur a nobis Quibus tam
crebris uulneribus earum uos
estis rei Videte quemadmodum
nobis expediret quod uno de
septem die faciunt inde uos
cottidie faceretis et a tali etiam
domestico opere cessaretis Nam
quid singule patiantur ubi
certe nō reformatur uita que
in eis est Non enim sermonis
olla uel uentri comparari potest
et tam irrideretis tamquam superflua
sabbati cessationem quanto ut
qs sciunt nō solum eam nisi

reprehenderetis in patribus qui
superflua nō fuit sed etiam nunc
qui iam superflua est ipsam potius
teneretis quia istam uestram nō
significatione acceptabilem sed
errore dampnabilem Nam
etiam nō implendo rei estis
secundum opinionem uestram uanitatis
et uani secundum iudicium ueritatis
Dicitis enim dolorem sentire fru
ctum cum de arbore preciditur
sentire cum conciditur cum
teritur cum coquitur cum manditur
Non ergo debuistis uesci nisi eis
que cruda et illesa possint trans
uorari ut unum saltem dolo
rem cum decerpuntur nō a uobis
sed a uestris auditoribus paterentur
Quid dicitis Cui subuenimus
tante uite si ea tantum ab
sumimus que incocta et mo
llia possint absorberi Si ergo
ista compensatione tam multos
cibus uestris dolores infligitis
cum ab illo solo abstinetis ad quē
maxime ista necessitas cogit
Nam fructus potest et crudus
comedi sicut se nonnulli uestri
exercuerunt ut hic nō tantum
deponunt sed etiam de omnibus
holeribus faciunt Sed aut non
uellatur aut decidatur aut
quocumque modo demantur extra uel
arbore nemine adhescam nullo
pacto potest Hoc ergo debuit facile

esse venale sine quo ei subvenire non valeretis. Non ille tam multis cruciatus quos in preparandis escis membris dei sui non dubitatis inferre ac enim plorat arbor cum fructus carpitur. Hoc enim dicere non erubescitis. Certe novit omnia vita que ibi est et presentit quis ad eam veniat. Venientibus ergo electis et poma carpentibus gaudere debent non plorare. illum transitorium dolorem tanta felicitate compensans et tantam evadens si malam incidissent miseriam. Cur itaque pomum vero decerpatis cum decerpto tam multas plagas doloresque ingeratis: Respondete si potestis. Nec ipsa ieiunia vobis competunt. Non enim oportet vacare fornacem in qua spiritale aurum desteroris commixtione purgatur et amiserandis vesibus divina membra solvantur. Quapropter ille est misericordior vestris nos. qui se poterit ita exercere ut nihil eius valitudini obsit saepe crudos cibos sumere et multa consumere. Vos autem et tantas penas esse nire irrogando crudeliter manducatis et a membrorum divinorum purgatione cessando crudeliter ieiunatis et andens tamen etiam sacrificia testamenti veteris execrari et ydolatriam nominare et nihil huiusmodi sacrilegium nos quoque associare. Unde pro nobis primus respondemus sic illa iam non esse in operibus nostris ut ea tamen in misteriis nostris divinarum litterarum ad intelligenda que his prenunciata sunt amplectamur quia et ipsa figure nostre fuerunt et omnia talia multis et variis modis unum sacrificium cuius nunc memoriam celebramus figuraverunt. Unde isto revelato et suo tempore oblato illa de agendi celebratione sublata sunt. si in significandi auctoritate manserunt scripta sunt enim propter nos in quos finis seculorum obvenit. Sed mentis videlicet vestre error nos monet animalium cum ista omnis creatura usibus hominum quodammodo condicionaliter servat. Sed nos qui homini mendico esurienti panem non porrigitis misericordes estis impectora quibus animas humanas messe creditis. Quis autem illic nisi crudelis fuit cum demones in

gregem porcorum cum id ab
eo peterent ut permisit qui
etiam nondum demonstrato per
passionem sacrificio corporis sui
cuidam leproso quem mun-
dauerat ait Vade et ostende
te sacerdoti et offer pro te quod
precepit moyses in testimonium
illis magis eum quia et per
prophetas deus sepe testatur mi-
nime se talibus muneribus indi-
gere et facile est ratione per-
spicere quod nec eius rei ege-
at qui nullius eget compe-
llitur animus humanus in-
quirere quid nos per hec docere
uoluerit qui utique non frustra
ea quibus non indiget sibi
iuberet offerri nisi aliquid
in eis ostenderet quod nobis
et nosse prodesset. et talibus
signis prefigurari oporteret.
Vos autem quanto melius
et honestius istis quamuis iam
uestro tempore non necessariis. tamen signi-
ficationibus aliquid et docenti-
bus sacrificiis subderemini quam
nobis ab auditoribus uestris ui-
uas escarum uictimas afferri
iuberetis et crederetis. Nam quod
apostolus de quibusdam propter epulas
euangelium predicantibus congru-
entissime dixit. quorum deus
uenter est, quanto uos arroga-
tiore impietate iactatis. qui
uentrem non deum. sed quod scelera-

tioris audacie est dei munda-
torem dicere non timetis. Cuius
porro clementie est pios se uide-
ri uelle quod animalium inter-
fectione se temperat cum omnes
suas escas easdem animas habere
dicant quibus ut putant uiuen-
tibus tanta uulnera et mani-
bus et dentibus ingerunt. Cur
autem si carnibus uesci non uultis
non ipsa animalia deo uestro ob-
lata mactatis. ut anime ille quas
non solum putatis humanas: sed
ita diuinas ut ipsa dei membra
esse credatis a carnis carcere dimi-
ttantur et ne iterum redeant
uestris orationibus commendentur. An
amplius eas adiuuatis uentre
quam mente. et illa potius dei
natura saluatur que uestris uis-
ceribus. exhalari meruerit quam
que uestris precibus commendatur. Pro-
pterea ergo uentri uestro pecora non
sacrificatis quia ea uiua absu-
mere non potestis ut eorum animas
in digestione stomachi uestri liberetis.
O beata holera quibus et manu
euulsis. et ferro concisis et igne
cruciatis et dente contritis con-
cessum est tamen ut ad uestrorum intesti-
norum aras uiua perueniant
et misera pecora que cum eius
de corpore suo exeunt in uestra corpo-
ra intrare non possunt. Ita deliran-
tes adhuc putatis quod ideo
sumus inimici ueteris testamenti

quia carnem nullam immundam
dicimus tenentes apostoli sententiam
dicentis omnia munda mun-
dis Et illud ubi dominus ait non
quod intrat in os vestrum vos
coinquinat sed quod exit quod
non ad solas turbas dominum dix-
isse ut Adimantus quem
post Manicheum Faustus pre-
cipue laudat cum veteri testamen-
to calumpniaretur voluit
intelligi sed etiam remotius a
turbis hoc idem discipulis
suis evidentius et expressius
eloqutus est Cum enim hanc
domini sententiam testamento veteri
opposuisset Adimantus quia
in illo scripta sunt quedam in-
munda animalia quibus ille
populus iussus est abstinere tim-
uit ne sibi diceretur Cur ergo
vos non quasdam sed omnes car-
nes immundas existimatis
ab edendis omnibus temperantes
cum tu ipse perferas evangelicum
testimonium non coinquinari
hominem cibis que in os in-
trant et in ventrem vadunt
et in secessum emittuntur Itaque
has astutissimas et falaciam
suam manifestissima auctori-
tate presentantes angustias
conatur evadere et ait hoc
dominum ad turbas dixisse quasi
pavens ille in secreto vera diceret
in turbis autem falsa iactaret cum
et hoc de Christo credere sacrile-

gum sit et omnes qui legunt
noverint hoc remotius a turbis
cum plenius dixisse discipulis
Quapropter quia in exordio brevi-
arii sui causam Faustus sic im-
itatur Adimantum ut ei solum
preferat Manicheum compendio
requiro circa ista domini sententia qua
ait non inquinari hominem cibis
que in os eius intrat vera
an falsa sit Si falsam dicunt
cur eam tantus eorum doctor
Adimantus ex prolatam dominicam
ad expugnandum testamentum
vetus obiecit Si autem vera est
cur adversus eam credunt se in-
quinari si quacumque carne ves-
cantur nisi forte velint respon-
dere et dicere apostolum non
dixisse omnia munda hereticis
sed omnia munda mundis Cur
enim non sint istis hec immunda
idem apostolus sequitur et dicit In-
mundis autem et infidelibus nichil
est mundum sed polluta sunt
eorum et mens et conscientia Pro
vero Manicheis omnino nichil
est mundum quandoquidem etiam
ipsam dei substantiam vel naturam
non solum coinquinari potuisse
sed etiam ex parte coinquinatam
esse contendunt nec solum coin-
quinatam sed etiam ex parte
deum reparari mundarique non
posse Unde mirum est quod ita
se dicit immundas omnes carnes
existimare et ob hoc abeis

[illegible] inaia

abstinere quasi aliquid ex-
istiment esse immundum non solum
escarum sed omnium creaturarum
Terram et ipsa olera et poma
et omnes fruges: et totam
terram et celum commixtione
gentis tenebrarum perhibent
inquinata. Utrumque ergo et in
terris cibis exceptis suo congru-
erent. ab his que immun-
da dicit omnibus abstinendo
fame potius morerentur quam
tales blasphemias proferant
loquentes. Verum si corrigere
atque emendare voluntatibus hoc
esse vilius quia non intelligat
Testamento autem veteri ubi qui-
dam cibi carnium prohibentur
ut non sit contraria ista sententia
qua dicit apostolus omnia mun-
da mundis et omnis creatura
dei bona est. si possint intel-
ligant hec apostolum de ipsis di-
xisse naturis. ipsas autem
litteras propter quasdam significationes
temporis congruentes animalia quedam
non natura sed significatione im-
munda dixisse. Itaque verbi gratia
si de porco et agno requiratur
utrumque natura mundum est
quia omnis creatura dei bona
est. quadam vero significatione
porcus immundus: agnus mun-
dus est. tamquam si stultum sapi-
entem quoque diceres. hec utraque
verba natura vocis et litterarum
et syllabarum quibus constat utique

mundum est. significatione autem
unum horum verbum quod dicitur
stultus immundum dici potest non natu-
ra sui sed quia quoddam immundum signi-
ficat [illegible]
[illegible]. Et fortasse quod est
in rerum figuris porcus hoc est
in verborum genere stultus. et tamen
illud animal quam iste due sillabe
quod dicitur stultus quoddam unum
idemque significat. Immundum
quippe illud animal in lege po-
situm est eo quod non ruminet.
non autem hoc eius vicium sed natura
est. Sunt autem homines qui per
hoc animal significantur immundi pro-
prio vicio. non natura. qui cum libenter au-
diant verba sapientie postea de his
omnino non cogitant. Quod enim
utile audierint velut ab intesti-
no memorie tamquam ad os cogita-
tionis recordandi dulcedine re-
vocare quid est aliud quam spiritaliter
quodammodo ruminare? Quod
qui non faciunt illorum animalium
genere figurantur. Unde et ipsa
a talibus carnibus abstinentia
tale vicium nos cavere pre-
monuit. Cum enim thesau-
rus desiderabilis sit ipsa sa-
pientia de hac mundicia ru-
minandi et immundicia non
ruminandi alio loco ita scri-
ptum est. Desiderabilis thesau-
rus requiescit in ore sapientis.
vir autem stultus glutit illud
Hec autem similitudines rerum

in locutionibus vel obseruatio
nibus figuratis propter querendi
et comparandi exercitationem
rationales mentes utiliter et sua
uiter mouent. Sed per ipsos multa
talia non tantum audienda uerum
etiam obseruanda precepta sunt
Tempus enim erat quo non tantum
dictis sed etiam factis prophetare opor
teret ea que posteriore tempore
fuerant reuelanda quibus per
christum et in christo reuelatis fidei
gentium onera obseruationum
non sunt imposita prophetie tamen au
ctoritas commendata. Iste nos
dicimus qua causa secundum dominum
apostolicam sententiam nullas animalium
carnes inmundas habeamus
ueteri tamen testamento ubi quedam
inmunde dicte sunt non aduersemur
Vos iam dicite quare inmundas
carnes existimetis. Si secundum
errorem uestrum propter commixtionem
gentis tenebrarum non carnes
sed ipse deus uester inmundus est ea
parte qua velut debellandis
et captiuandis hostibus absorben
dam et inquinandam misit et
misistis. Deum propter eam commixtionem
etiam quicquid aliud manducatis
inmundum est. Creditis multo
amplius inmunde sunt carnes
Et quare amplius inmunde sunt
carnes longum est eorum de hac re
delirimenta commemorare. Sed
breuiter attingam quod sat est ut
inspiciant reprehensores ueteris te
stamenti tanta stulticia uetus
tate solam carnem sape conuincatur
fortassis enim paulo prolixior ista
responsio sic aduersus eos lecto
rem instruet ut in ceteris respon
sionibus non a nobis tam multa
libra requirant. Dicunt enim isti ua
niloqui et mentium seductores
in illa pugna qua primus homo
eorum tenebrarum gentem elementis
fallacibus irretiuit utriusque sexus
principibus ibidem captis cum
ex eis mundus construeretur plerosque
eorum in celestibus fabricis colli
gatos in quibus etiam erant femine
alique pregnantes que cum celum
rotari cepisset eandem uertiginem
ferre non ualentes conceptus suos
abortu excussisse eosdemque abortiuos
fetus masculos et feminas de celo
in terram cecidisse. uixisse creuis
se. concubuisse genuisse. Hinc
esse dicunt originem carnium om
nium que mouentur in terra in
aqua in aere. Porro si de celo est
origo carnium absurdissimum
est propter hoc eas inmundiores pu
tare presertim quia in ipsa stru
ctura mundi eosdem princi
pes tenebrarum ita ponunt in
conuersionem a summis usque
ad ima colligatos dicunt ut
quanto quisque amplius haberet
commixti boni tanto sublimius
collocari mereretur. Ac per hoc
mundiores carnes esse debent
quarum origo de celo est quam

fruges que oriuntur extra. Deinde
quid tam insanum dici potest quam
conceptibus factos aut vite commix
tionem tanto vivaciores fuisse
nt et abortivi et de celo in terram
ruentes viverent. Commixta autem
vita nisi tempore maturo editi vi
vere non possint. et si de paulo
altiore loco cadant continuo
moriantur. Porro si regnum vite
contra regnum mortis bellígera
vit commixta vita, vivaciores
facere debuit non corruptibili
ores. Quod si insita natura
quecumque res magis suam retinet
incorruptionem: non duas vitas
bonam et malam sed duas bonas,
quarum sit una melior predicare
debuerunt. Unde et asserunt im
mundiores carnes quas de celo
genitis dicere affirmant istas dun
taxat omnibus notis. Nam
ipsa prima corpora principum
tenebrarum ex arboribus ibidem na
tis tamquam vermiculos confirmant
exorta: ipsas autem arbores ex quinque
illis elementis. Proinde si
animalium corpora primam originem
habent ex arboribus secundum de
celo: quid tam se est ut immun
diora quam fructus arborum
existimentur. Propterea quia cum
moriuntur amittunt animam
ut iam immundum sit quicquid
vita deserente remanserit:
cur eodem pacto non sint im
munda holera vel poma que

utique sicut supradictum est cum decer
puntur vel avelluntur mori
untur. Horum quippe hominum docto
res esse voluit cum nichil extra
vel ex arbore decerpunt. Deinde
cum duas animas esse in uno
animantium corpore asserunt
unam bonam de gente lucis
alteram malam de gente tene
brarum, numquid cum occiditur
animal bona anima fugit et ma
la remanet. Quod si cum hec esset sic
vinceret animal occisum quod
vincebat in gente tenebrarum
quam solam sue gentis habebat
animam qua etiam rebellaverat
adversus regna divina. Cum
ergo in morte cuiuslibet animalis
utraque anima et bona et
mala deserat carnem cur
immunda tantum dicitur quasi sola
anima bona deseratur. Anima
et si aliquo vite reliquie rema
nent ex utraque parte remanet.
Nec ipsum quippe summum
dicunt remanere sine aliquibus
exiguis reliquiis membrorum
dei. Nullam igitur causam
reperiunt cur asseverent car
nes frugibus immundiores. Si
videlicet castitatem suam
fallacem ostentare conantes
putant immundiorem carnem
quod de concubitu existat qui
non tanto vehementius cogunt
membra illa divino vel audien
do succumbere. quanto illic acrius

colligatum putant. Postremo si ista causa mellonis inmunditie est carnem ea comedant animalium corpora que non de concubitu oriuntur sicut sunt innumerabilia genera vermium quorum non nullos vulgo edunt quedam venete regiones ex arboribus natos ranas etiam quas repente una pluvia terra generat messium isti assumere debuerant ut ei suum membra talibus formis commixta liberent si eam carnem detestantur que concubitu procreatur. et genus humanum inveniendo arguunt quod gallinis columbisque vescuntur ex masculorum feminarumque coitu procreatis et inmundiores celi terrestres filias ranas abitant. Nam secundum istorum fabulam inmundiores sunt primi principes tenebrarum quorum parentes arbores fuerunt quam ipse Manicheus quem pater et mater concumbendo genuerunt inmundiores etiam pecudes illi eorum qui sine concubitu sudore corporis vel exala tione nascuntur quam ipsi isti miseri qui de parentibus concubentibus nati sunt aut sicut quicquid ex terre sine concubitu nascitur propterea putant inmundum carnem ipsa ex concubitu est inmunda erunt holera et fruges que de stercoribus uberius fertiliusque surrexerunt ubi videant quid faciant vel quid respondeant qui fruges dicunt mundiores esse quam carnes. Nam stercore

quid inmundius quod ex carne procreatur. Et quid frugibus feracius adhibetur. Certe ipsi dicunt per attractiones et digestiones ciborum fugere in vitam et exiguum quiddam in stercore remanere. Ergo ubi exigua vita remanet inde tibi vir idem fructus fere de stercore et maiores et meliores et plures existunt. Caro non purgantur terre si fetibus pascatur terra non pinguedine vel carnis vel fetibus feminarum. Eligant quid sit mundius aut iam tandem desinant esse inmundi et infideles quibus nichil sit mundum et nobiscum amplectantur apostolum dicentem omnia munda mundis. Domini est terra et plenitudo eius. Omnis creatura dei bona est. Omnia quippe que naturaliter sunt in ordine suo bona sunt. et nemo meis peccat nisi qui ordinem suum male obedientia non custodiens eterni cuius ordine male utendo perturbat. Patres autem viri qui deo placuerunt tenuerunt ordinem suum in ipsa obedientia ut quicquid dominus temporibus congruis iubendo distribuit sic observarent quemadmodum ille distribuit. Itaque non solum carnes ad cibos datas cum omnes nature munde essent quasdam tamen non nulla significatione inmundas illo tempore non ederunt quo eas non edi preceptum erat ut talibus significationibus futura 6

iterum manifestatio prefigurate
Azimum panem et cetera huiusmodi
nigmibus fuisse umbras futurorum
dicit apostolus tamen recte essent illius
temporis et illius populi homines
si observare contempnerent. Quando
illa sic sed et ista que nunc re-
velata sunt tunc sic promitti
oportebat. Quia nos desipientes
essemus si cum iam manifesta-
to novo testamento illas premun-
ciativas observationes aliquid
prodesse nobis putaremus. sicut
sacrilegi et impii si eosdem
libros qui propter nos scripti sunt ut
ea que iam nobis revelata et
in manifestatione annunci-
ata sunt. Tanto autem illis fi-
guris prenunciata cognoscentes
fideliter et firmiter teneremus
adeo putaremus abiciendos
quia ea que ibi scripta sunt
non iam observare corporaliter sed
intelligere et facere spiritualiter nos
deus iubet. Scripta sunt enim propter
nos in quos fines seculorum obve-
nit sicut dicit idem apostolus
Omnia enim que ante scripta sunt
ut nos doceremur scripta sunt
Quapropter non manducare azi-
mum constitutos septem dies
tempore veteris testamenti peccatum fuit
tempore autem novi testamenti non est
peccatum sed in spe futuri seculi se-
bemus in Christo qui et animam
nostram induens iustitia et
corpus nostrum induens immor-
talitate totos nos innovat ne
here aliquid ex vetere corruptionis
necessitate aut indigentia nos
activos vel passivos semper pec-
catum est completum volvitur
isti septem dies quibus peragitur
tempus. Sed hec veteris testamenti
temporibus insignia occultationum
agnibus azimis sanctis intellige-
batur. Tempore autem novi testamenti
in manifestatione revelatum populis
predicatur. Unde septimana ista
tunc erat preceptum nunc testi-
monium. Sic neomeniam non
celebrare quondam fuit peccatum
nunc non est peccatum. Tabernaculum autem
dei quod est ecclesia non compaginari
semper peccatum est. Sed tunc agebatur
sub precepto figurato nunc legitur
in testamento revelato. Nam illud
quod tunc factum est non dicitur
tabernaculum testimonii nisi ali-
cui veritati que suo tempore declaran-
da erat quadam congruentia
significationis attestaretur. Item in
vestibus miscere purpuram
et linostima veste indui
aliquando peccatum fuit, nunc non
est peccatum sed inordinate vivere
et diversi generis professiones velle
miscere ut vel sanctimonialis
habeat ornamenta nuptiarum
vel ea que se non continens nup-
sit speciem virginis gerat om-
nimodo peccatum est. Et si quid
incongruum ex diverso genere
nimia cumque contexitur

Verum illud tunc figurabatur
quod nunc declaratur in moribus.
Illud enim erat tempus significandi
hoc manifestandi. Ergo illa scriptura
que tunc fuit exactrix
operum significantium, nunc
testis est rerum significatarum
et que tunc observabatur ad pre-
nuntiationem, nunc recitatur
ad confirmationem. Bovem et asinum
tunc adorandum non licebat iun-
gere, nunc licet. Declaratum est enim
per apostolum, cum de bove triturante non
infrenando scripturam recoleret
dicentem: Numquid de bobus cura
est deo. Quare ergo nunc legitur
quod id quod prohibuit iam licet? Quia
idem ipse ibi secutus est apostolus ait
propter nos scriptura dicit. Et utique
impium est ut non legamus nos
quod scriptum est propter nos. Magis
enim propter nos quibus manifestata
quam propter illos in quibus figura-
batur. Bovem quippe et asinum
si necesse sit unius currus sine
detrimento operis iungit. Sapiente
vero et stultum non ut unus
precipiat alteri obtemperet sed pa-
riter exequali potestate ut annun-
cient verbum dei non sine scan-
dalo quisquis coniunctos facit. Itaque
eandem scripturam tenemus
et tunc potestate precipiente um-
bras regendum quod nunc
aperitur, et nunc auctoritate
attestante lucem apertam quod
tunc regebatur. De calvo autem

et rubeo quod eos in iudeos
lex dixit parum sensisse ad-
tenderat aut in ridiculum se ad-
ductum intenderat. Si utrumque ipse
calvam frontem habere noluisset
aut mea certe Christi fidem non
cubuisset. Profecto ipsum clama-
tem ego sum veritas nec tu
falsis vulneribus occubuisset nec
enim falsis cicatricibus resurre-
xisse crederet cum etiam dixit
ego fallere non didici quod sci-
o loquor. Non est ergo discipulus
Christi sim qui falsas cicatrices
dubitantibus discipulis demon-
strasse misericordi opinatur et non
solum deceptis vanitatibus suis
sed etiam de ipsa Christi fallacia sibi
blandiri non fallenti multo tuti-
us in Christo melior quo fallente
ipse non fallit an eo ipso non
veratior Christi si fallaciis manifesti
discipulus eam et melior fallit
in quo se non didicisse fallere
gloriatur. Disputatio VII

Faustus dixit Quare non
creditis in genealogiam Ihesu
Multe quidem sunt cause sed
precipue illa quia nec ipse
ore suo usquam fatetur patrem
habere aut genus in terra sed
contra quia non sit de hoc mundo
quia a patre deo processerit quia
descenderit de celo quia non
sibi sint mater et fratres nisi qui
fecerint voluntatem patris sui
qui in celis est. Et ad hec illi

ipsi qui hab. ei genealogias as
scribunt. non enim ante nati
uitatem cognouisse uidentur
sed nec statim ut natus est quo
crederentur ea scripsisse que
erga eum oculis suis uiderunt
gesta sed iuuenem iam et matu
ro coniuncti sunt ei .i. annorum
fere .xxx. Si quidem et etas
ascribi diuinis pt sine blas
phemia estimare enim in omni
testimonio ueritatis hoc semp
querí soleat utrum ne quis au
dierit an uidit. isti non itaque au
disse se fatentur ab ipso generationis
huius ordinem aut quia omnino
sit natus nec uidisse oculis quem
longo post tempore .i. post bapti
smum cognouerunt eum unde et omni
recte meditanti tam stultum
inde hoc credere quam si quis
cecum et surdum testem in
medium uocet Responsio

Augustinus respondit quam
dicit palmare causam cur
non accipiat genealogiam ihesu
christi ibi aptissime nectit osten
ditur legentibus que supra
diximus de filio hominis quod
tam crebro se christus esse testatur
et de filio dei quo et ipse sit
filius hominis quo secundum
diuinitatem non habet genus in
terra secundum carnem autem sit ex
semine dauid sicut apostolica do
ctrina testatur sed unde eum
credi et intelligi et a patre

exisse et de celo uenisse et hunc
tamen uerbum carne factum inter
homines habitasse Quod si propterea
putant non habuisse intra genus
uel matrem quia dixit que mi
mater uel qui fratres sequitur ut etiam
discipulos eius quibus hoc exem
plum in semetipso prebuit et
fratrem generis necessitudinem
propter regnum celorum contempnerent
affirment non habuisse patres
quia dixit eis ne uobis dicatis
patrem in terra unus est enim pater
uester Quod ergo istos de patribus
docuit hoc ipse de matre et fratribus
prior fecit sicut alia multa
in membris se nobis ut eum imi
taremur prebere et ut sequerentur
preire dignatus est Quam ergo propter iste
qui in eo quod putat palmare
sic uincitur quam lateat et
inuoluatur in ceteris animad
uertendum est quippe qui propterea
dicit non credendum apostolis qui
eius non solum diuinam sed etiam
humanam natiuitatem ad
nuntiarunt quia postea iuuenem
adheserunt et nec uiderunt
eum natum nec se hoc ab illo
audisse dixerunt Cur ergo credunt
iohanni dicenti in principio erat uerbum
et uerbum erat apud deum et deus
erat uerbum omnia per ipsum facta
sunt et sine ipso factum est nihil et
cetera que illis quomodo non intellige
ntibus tamen placent Dicant ubi hic
iohannes uidit aut ubi se hoc ab

domino audisse dixit. Quemquam
enim dixit unde hoc Iohannes scire
potuerit, unde credimus etiam
omnes annunciatores nativita-
tis Christi id quod annunciaverunt
scire potuisse. Deinde quero un-
de credant dixisse dominum que mi-
hi mater aut qui fratres nisi quia hoc
evangelia narrant, cur ei non
credunt et illud quia mater
eius et fratres querebant illum.
Si autem hoc mentitus est quod no-
lunt credere, quo ei credant Christum
dixisse quod nolunt intelligere.
Deinde si Christum natum quia
iam iuvenem adheserat non po-
tuit nosse Mattheus, unde potuit
Christum non natum post tot annos
natus nosse Manicheus. Dictu-
rus est spiritus sanctus hoc sciebat qui
erat in Manicheo. Ille sane
si spiritus sanctus esset vera dixisset.
Sed cur non potius de Christo disci-
pulis eius qui etiam corporaliter
adheserunt ei credimus, qui
non solum per spiritum sanctum ab ipso
promissum scire poterant si quid
lateret in rebus humanis, sed
tam recenti et presenti memo-
ria etiam per ipso humano sensu
corporis Christi scilicet facta et totam
originem collegerunt. Et tu
veniret surdi testes dixit apostoli. Veri-
tatem tu non tam cecus et sur-
dus fuisses, nec tam vana et
sacrilega diceres, si etiam mutus
ne talia diceres. Disputatio viii

Faustus dixit: Cavere nos docuerunt
apostoli testamentum vetus, et ca-
iam prevenientes sumus novo. Vetus
autem et novo non convenit, ut scri-
ptura dicit. Nam pannum
iungit novum nemo assuit
vestimento veteri, alioquin ma-
ior scissura fiet. Ne igitur ma-
iorem faceremus scissuram, sacri-
sancte Christianam novitatem He-
braice vetustati non miscuimus.
Cum enim non etiam sordidum
iudicet novis vestibus indu-
tus non donare inferioribus ve-
teres. Quia ipse ego etiam si na-
tus essem Iudeus, ut fuerunt
apostoli, dignum tamen erat me no-
vo accepto testamento vetus repu-
diare, ut fecerunt ipsi. Cum vero
et nature beneficio conse-
cutus sim ut sub servitute Iudeus
non nascerer et Christo in primis
occurrente cum pleno immune
libertatis, quam miser et stultus
et insuper ingratus ero si me
ultro addixero servituti. Cum
ipse Paulus in Galathas ar-
guit quod in circumcisionem
relabentes ad infirma repeda-
rent et egena elementa qui-
bus denuo servire vellent.
Quomodo ergo id ego admittam
unde alium videam reprehendi.
Turpe est redire in servitutem,
si turpius ire. Responsio octava

Augustinus respondit: Iam
quidem satis superius os

tendimus quare et quod te
negamus auctoritate ueteris
testamenti non ad eundem ser
uitutis imitationem sed ad ipsi
us liberationis testificationem.
Neque enim mea sed apostoli uox est
quia omnia in figura contin
gebant illis. scripta sunt autem
propter nos in quos finis seculorum
obuenit. Cum ergo non inser
uiente facimus que in ipsa
sunt ad nos prenunciandos sed
in libertatem legimus que
scripta sunt ad nos confirman
dos. Carnis itaque iam non intel
ligat. vnde de galathis reuo
cat apostolus non religiose scrip
turarum circumcisionis legentes
sed iam superstitiose circumcidi
eius caim ignoratio iudeorum
est falsa negatio. Essent autem
quodammodo christi custodes si christi
anam fidem accipere et custo
dire voluissent / nam qui
custodit in corde suo christum non
dicit quod caim inquit ego
ergo sum custos fratris mei. Dicit
deus ad caim quid fecisti vox
sanguinis fratris tui clamat
ad me de terra. Sic arguit in
scripturis sanctis vox divina
iudeos. Habet enim magnam vocem
christi sanguis in terra cum eo
accepto ab omnibus gentibus
respondetur amen. Hec est clara
vox sanguinis quam sanguis
ipse exprimit ex ore fidelium
eodem sanguine redemptorum
Dicit deus ad caim. Et nunc

maledictus tu a terra que aperuit
os suum accipe sanguinem fratris tui
de manu tua. quam operabis
terram et non adiciet virtutem
suam dare tibi gemens et
tremens eris in terra. Iohannes dicit
maledicta terra sed maledictus
tu a terra que aperuit os suum
excipe sanguinem fratris tui de
manu tua. Maledictus est
enim populus iudaicus infidelis
a terra id est ab ecclesia que aperuit
os suum in confessione peccatorum
accipe sanguinem Christi qui effu
sus est in remissione peccatorum
de manu peccatoris nolentis
esse sub gratia sed sub lege ut esset
ab ecclesia maledictus. id est ut eum
intelligeret et ostenderet ecclesia ma
ledictum dicente apostolo. Quicum
que enim ex operibus legis sunt
sub maledicto sunt legis. Et
inde enim dixisset maledictus
tu a terra que aperuit os suum
accipe sanguinem fratris tui de
manu tua. Quid dicit quam opera
bis eam sed ait quam operabis
terram et non adiciet virtutem
suam dare tibi. Unde non est
necesse eandem terram intel
ligere operari eam que aperuit
os accipe sanguinem fratris
de manu eius. Et ideo ma
ledictus intelligitur ab hac terra
quam operatur terram que non adi
ciet virtutem suam dare illi
id est ideo populus iudeorum maledictum

agnoscit et ostendit ecclesia quam occi
so Christo adhuc operatur terrenam
circumcisionem terrenum sabbatum
terrenum azimum terrenum pas
cha. Sed nec omnis terrena operatio ha
bet occultam virtutem intelligende
gratie Christi que non datur iudeis in
impietate et infidelitate perseve
rantibus quia novo testamento
revelata est et non transeuntibus
ad dominum non eis aufertur vela
men quod in lectione veteris te
stamenti manet et in solo Christo
evacuatur non ipsa lectio veteris
testamenti sed absconditam
virtutem sed velamen quod abscondit.
Unde Christo moriente passo velum
templi conscissum est ut per Christi
passionem revelentur secreta sa
cramentorum fidelibus ad bibe
dum eius sanguinem ore aperto
in confessione transeuntibus. Propter
ea populus ille sicut terram ad
huc operatur terram adhuc
exercet operationem legis car
nalis que non ei dat virtutem
suam quia non in ea intelli
git gratiam Christi. Propterea et
ipsa terra quam Christus por
tavit id est in cuius carne
ipsi operati sunt salutem nostram
crucifigendo Christum qui mortuus
est propter delicta nostra. Ne eis
dedit eadem terra virtutem
suam quia non iustificati sunt
in virtute resurrectionis eius qui
resurrexit propter iustificationem

iudaeam quia et si crucifixus
est ex infirmitate sed vivit in
virtute dei sicut dicit apostolus
Neque ergo iudaeus est sic illius quia
non occidit impius et incredulus
Unde nec resurgentem eum
a quibus erat crucifixus apparuit
tamquam cain operanti terram ut
granum illud seminaret non
credens eadem terra fructum
virtutis suae quia operaberis inquit
terram et non adiciet virtutem
suam dare tibi gemens et tremens
eris in terra Verumtamen ecce quis
non videat quis non agnoscat
in tota terra quacumque dispersus
est populus ille quo gemat merore
amissi regni et tremat ti-
more sub innumerabilibus populis
christianis Ideo quod dixit cain et
dixit Maior est iniquitas
mea Si eicis me hodie a facie
terrae et a facie tua abscondar
et ero gemens et tremens super
terram et erit omnis qui in-
venerit me occidet me Vere
enim tremit et gemit ne re-
gno etiam terreno perdito ista
visibili morte occidatur Hanc
dicit maiorem causam quam
illam quod ei terra non dat virtu-
tem suam ne spiritaliter moriatur
Carnaliter enim sapit et abscon-
ditur a facie dei id est irati
habere deum quod non putat nisi
ne inveniatur et occidatur
Carnaliter sapit tamquam operans

terram cuius virtutem non accipit Sa-
pere autem secundum carnem mors est
quam ille non intelligens amisso
regno gemit et corporalem mor-
tem tremit Sed quid dicit ei
deus Non sic inquit Omnis
qui occiderit cain septem vin-
dictas exsolvet id est non sic ut dicis
dicas non corporali morte interibit
genus impium carnalium iudaeorum.
Quicumque enim ita eos perdiderit
septem vindictas exsolvet
vel auferet ab eis vii vindictas
quibus alligati sunt propter reatum
occisi christi ut hoc toto tempore quod
septenario dierum numero
volvitur magis et non intereat
gens iudaea satis appareat fi-
delibus christianis quam subiectionem
meruerint qui superbo regno
dominum interfecerunt Et posuit
dominus deus cain signum ne
eum occidat omnis qui invenerit
Res vere multum mirabile
est quemadmodum omnes gentes
quae a romanis subiugatae sunt
in ritum romanorum sacrorum
transierunt ea quoque sacrilegia ob-
servanda et celebranda sus-
ceperunt gens autem iudaea sive
sub paganis regibus sive sub
christianis non amiserit signum
legis suae quo a ceteris gentibus
populisque distinguitur Et omnis
imperator vel rex qui eos in
regno suo invenit cum ipso
signo eos invenit nec occidit

2g

idest non efficit ut non sint iudei
certo quodam et proprio sue obser
vationis signo a ceterarum gen
cium communione discreti, sed consi
quentibus eorum ad xpistum transeat
ut iam non inveniatur caym
nec exeat a facie dei nec ha
bitet in terra naid quod dicitur
interpretari commotio. Contra quod
malum deus rogatur in psal
mo: ne dederis in motum
pedes meos et manus peccatoris
non moveat me et qui tribu
lant me exultabunt si m
f. et. dominus a dextris est mihi ne c.
et in numina talia, quod patitur
omnes qui exeunt a facie
dei i. caritas dilectionis eius. Et
dicitur in quodam psalmo Ego
dixi in h. m. n. m. in eternum
Sed inde quod sequitur Domine
in vol. t. p. d. m. v. avertisti f. t.
a me et f. s. c. Unde intelli
gitur omnem animam participa
tione lucis dei non per se ipsam
esse pulcram et decoram et
virtute pollentem quod et istima
nichei si considerarent et in
telligerent non in tantam blasphe
miam caderent putando se
esse naturam et substantiam dei
Sed ideo non possunt quia non quie
scunt, sabbatizare cum cordibus
non intelligunt. Veram si qui
essent sicut dictum est de ad
tam perum suum a dese condite
rent. i. sibi tribuerent non

genti nescio cui tenebrarum
alii ita per gratiam dei eidem peccato
dominarentur. Nunc non et ipsi
omnes qui diversis erroribus
contumaces resistendo veri
tati exeunt a facie dei sicut caym
sicut iudei perditi habitant in
terra commotionis i. in perturba
tione carnali contra iocundi
tatem dei, hoc est contra eden
quod interpretatur epulacio
ubi est plantatus paradisus
Nam certa pauca de multis
breviterque perstringam ne pro
operis huius et responsionis
mee nimia longitudine
sermonis impediamus. Nec
enim non moveat ad querendum
et intelligendum xpistum in illis
libris, ut ea omittam que
quanto tanto suavius con
templantur quanto ex abdi
tioribus locis eruuntur
tamen exigunt prolixitatem disser
tationis quia pluribus adte
stationibus indigent, ut
omittam ergo talia que non
moveant ad salubrem fidem
Quod enoch vir ab adam septimo
placuit et translatus est et in
requiem predicatur ad quam
transfertur omnis qui tamquam
vi die vi etate seculi xpisti
adventu formatur. Quod
noe cum suis per aquam et li
gnum liberatur sicut fami
lia xpisti per baptismum crucis

passione signatum Quod de
lignis quadratis eadem archa
fabricabatur sicut et illa de
sanctis construitur ad omne opus
bonum semper paratis quadratum
enim quacumque vertis stat Quod
sexies longa ad latitudinem
suam et decies ad altitudinem
suam humani corporis instar
ostendit quia in corpore humano
Christus apparuit Quod cubitis
.l. latitudo eius expanditur
sicut dicit apostolus cor nostrum di
latatum est vnum in caritate spiritali
ipse quoque ipse dicit caritas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis Quin
quagesima enim die post resur
rectionem suam Christus spiritum sanctum mi
sit quo corda credencium dilatauit
Quod autem cubitis longa est
ut sexies .l. compleantur sic
sex etatibus omne huius seculi
tempus extenditur in quibus
omnibus Christus numquam destitit
predicari enim v^ta per prophetas premun
ciatus enim vi per euangelium diffa
matus Quod eius altitudo
xxx cubitis surgit que nimirum
decies iii | iusta tricenis longitudo quia
Christus est altitudo nostra qui xxx
annorum etatem gerens doctrinam
euangelicam consecrauit contes
tans legem non se venisse sol
uere sed implere Quod eis autem cari
tate preceptis agnoscitur vnde
decies trecenis archa longitu

perficitur Quod et ipse Noe ab A
dam decimus computatur
Quod bitumine glutinatur archa
bitumine intrinsecus et extrinsecus
ut in compage membrorum unitatis
significetur tollerancia caritatis
ne scandalis etiam temptati
onibus siue ab eis qui intus
siue ab eis qui foris sunt re
dat fraterna iunctura et soluatur
vinculum pacis Est enim bitumen
feruentissimum et violentissimum
gluten significans dilectionis
ardorem in magna fortitudinis
ad tenendam societatem spiritalem
omnia tollerantem Quod cuncta
animalium genera in archa clau
duntur sicut omnes gentes quas
etiam Petro demonstratus dis
cus ille significat etiam con
tinet Quod et munda et inmunda
ibi sunt animalia sicut in ec
clesie sacramentis et boni et mali
versantur Quod septena sunt mun
da et bina inmunda non quia
pauciores sunt boni quam ma
li sed quia boni seruant unitatem
spiritus in vinculo pacis Spiritum
autem sanctum diuina scriptura in
septiformi operacione commendat
sapientie et intellectus consi
lii et fortitudinis scientie et pie
tatis et timoris domini Unde
et ille numerus quinqua
ginta dierum ad aduentum
spiritus sancti pertinens in septies
septenis qui fiunt xl nouem

uno addito consummatur, sicut per quod
dictum est studentes servare uni-
tatem spiritus in vinculo pacis
sive in ternario aut in binario numero
ad scismata faciles et quodam-
modo divisibiles ostendimur. Quod
ipse Noe cum suis octavus cum-
meratur, quia in Christo spes re-
surrectionis nostre apparuit. Quod
octavo die, id est post sabbati septi-
mum primo a mortuis resurrexit
qui dies a passione tercius, sin
numeros autem dierum qui post
sabbatum volvuntur octavus et primus
est. Quod archa collecta ad unum
cubitum desuper consummatur,
sic et ecclesia corpus Christi in unitate
collecta sublimatur et perficitur.
Unde dicit in evangelio: qui mecum
non colligit spargit. Quod aditus
ei sit a latere: nemo quippe in-
trat ecclesiam nisi per sacramentum
remissionis peccatorum. Hoc autem de
Christi latere aperto manavit. Quod
inferiora arche bicamerata et tri-
camerata construuntur, sicut ex
omnibus gentibus vel bipertitam
multitudinem congregat ecclesia
per circumcisionem et preputium, vel
tripertitam propter tres filios Noe,
quorum progenie repletus est orbis.
Et ideo arche inferiora ista dicta
sunt quia in hac terrena vita
est diversitas gentium, in summo
autem omnes in unum consummantur
et non est ista varietas quia
omnia et in omnibus est Christus

tamquam nos uno cubito desuper
celesti unitate consummans. Quod
post vii dies ex quo ingressus
est Noe in archam factum est dilu-
vium, quia spe future quietis
que septimo die significata est
baptizamur. Quod preter archam
omnis caro quam terra sustenta-
bat diluvio consumpta est,
quia preter ecclesie societatem aqua
baptismi quamvis eadem sit non
solum non valet ad salutem
sed valet potius ad perniciem. Quod
xl diebus et xl noctibus pluit,
quia omnis reatus peccatorum
qui in decem preceptis legis ad-
mittitur per universum orbem
terrarum qui quatuor partibus continetur,
decem quippe quater ducta xl sunt,
sive ille reatus quod ad dies
pertinet ex rerum prosperitate sive
quod ad noctes ex rerum ad-
versitate contractus sit, sacramento
baptismi celestis abluitur. Quod
Noe quingentorum erat annorum
cum ei locutus est deus ut
archam sibi faceret et sexcentos
agebat annos cum in eam
esset ingressus, unde intelligitur
per c annos archa fabricata.
Aliud hic videntur centum anni si-
gnificare nisi etates singulas
seculi? Unde ista sexta etas
que completis quingentis
usque ad sexcentos significatur
in manifestatione evangelica
ecclesiam construit et ideo

qui sibi adiutam consulit
sit velut quadratum lignum
paratus ad omne opus bo
num et intret in fabricam
secunde/ quia et secundus men
sis anni sexcentesimi quo
intrat noe in arcam ean
dem senariam etatem sig
nificat Duo enim menses
sexagenario numero conclu
duntur senario autem nume
ro et xies et cies cognomina sexcenti
et sex milia et sexaginta
milia /et sexcenties et quic
quid deinceps in maioribus
summis per eundem articulum
numeris in infinita incrementa
consurgit. Et quod xx vii
dies mensis commemoratur
ad eiusdem quadrature sig
nificationem pertinet que iam
in quadratis lignis exposita
est/ sed hic evidencius quia
nos ad omne opus bonum
paratos i. quodammodo quadra
tos trinitas perficit in memoria
qua diu recolimus in intelli
gentia qua cognoscimus
in voluntate qua diligimus
Tria enim ter et hec tercio
sunt xx vii qui est numeri
ternarii quadratus. Quod
vii mense archa sedit hoc
est requievit ad illam vii
requiem significatio recurrit
et quia perfecti requiescunt
ibi quoque illius quadrature

numerus iteratur. Nam xx et vii
die secundi mensis commendatum
est hoc sacramentum /et rursus xx
et vii die septimi mensis e
adem commendatio confirmata
est cum archa requievit. Quod
enim primum mense hoc exhi
betur iure. Porro quia ipsa
septima requies cum viii resu
rectione coniungitur recepto enim
reddito corpore fiunt requies
que post hanc vitam excipit
sanctos sed post omnis totum ho
minem non adhuc spe sed re iam
ipsa recte omni ex parte et spiritus
et corporis perfecta immortalitate
salute renovatum in eterne
vite muneribus assumit. Quia
quod vii requies cum viii re
surrectione coniungitur et hoc
in sacramento regenerationis
intus i. in baptismo /altum
perfundimus in istum est
xv cubitis superior aqua
excedens altitudinem mon
cium i. hoc sacramentum transcen
dit omnem sapientiam superborum
septem quippe et viii con
iuncti xv fiunt /et quia
lxx a vii et lxxx ab viii
denominantur coniuncto
utroque numero c. l diebus
exaltata est aqua eandem
commendans nobis atque con
firmans altitudinem baptis
mi in consecrando novo ho
mine ad tenendam quietis

et resurrectionis fidem. Quod per
dies xl emissus est corvus non
est reversus aut aquis utique inter-
ceptus aut aliquo supernatante
cadavere illectus significat
homines in inmundicia cupiditatis
teterrimos et ob hoc ad ea que
foris sunt in hoc vel mundo ni-
mis intentos aut rebaptizari
aut ab hiis quos preter ecclesiam
vel preter ecclesiam baptismus o-
ccidit seduci et teneri. Quod
columba emissa non inventa
requie reversa est ostendit per novum
testamentum requiem sanctis in hoc
mundo non esse promissam. Post
xl enim dies emissa est qui nu-
merus vitam que in hoc mundo
agitur significat. Denique post
vii dies dimissa propter illam
septenariam operationem spiritualem
olive fructuosum surculum
retulit quo significaret non
nullos etiam extra ecclesiam bap-
tizatos si eis pinguedo non
defuit caritatis posteriore tempore
quasi vespere ore columbe tamquam
in osculo pacis ad unitatis so-
cietatem posse perduci. Quod post
alios vii dies dimissa reversa
non est significat finem seculi quando
erit sanctorum requies non adhuc
in sacramento spei quo in hoc
tempore consociatur ecclesia quamdiu
bibit quod de Christi latere manavit
sed iam in ipsa perfectione salutis
eterne cum traditur regnum

deo et patri ut in illa perspicua
contemplacione incommutabilis
veritatis nullis misticis corpo-
ralibus egeamus. Plurima lo-
ngum est ut nil tam breviter quam
hic attigimus cuncta contingam-
us. Sexcentesimo et uno anno
vite noe idem peractis sexcentis
annis aperitur arce tectum et
quasi revelatur quod erat ab-
sconditum sacramentum. Cum xx vii
die secundi mensis dicitur siccata terra
tamquam finita est iam baptizandi
necessitas in illo dierum l et
vii ipso quia enim dies secundi
mensis xx vii qui numerus ex
illa coniunctione spiritus et corporis
septenos octonos huic uno addito
per unitatis vinculum de
terra coniuncti exeant qui dis-
iuncti intraverant sic enim dictum
erat quod intrarent in arcam
noe et filii eius et uxor
eius et uxores filiorum eius
seorsum viri seorsum femine
commorate quia in hoc enim tempore huius
sacramenti caro concupiscit ad-
versus spiritum et spiritus adversus
carnem. Exeunt autem noe
et uxor et filii eius et uxores
filiorum eius simul coniuncte
commemorati masculi et fe-
mine quia in fine seculi
atque in resurrectione iustorum
omnimoda et perfecta pace
spiritui corpus adherebit nulla
mortalitatis indigentia

nisi concupiscentia resistente. Cum
animalia quamvis munda et
immunda creata sint tamen post
egressionem de archa non offerunt
deo in sacrificio nisi munda. Quod
deum sibi velit deo loquente
ad noe et tamquam rursus ab
exordio, quia immolatio moisi
eadem significatione aptabat
figuram ecclesie commendante.
Quod pergeneres cuius benedictio
ad implendam terram. Quod
datur eis in escam cuncta
animalia sicut in illo disco
petro macta et manduca.
Quod cum sanguine in
bibitur manducare non vita
pristina qui suffocata in conscientia
teneatur. Si habet tamquam
effusione. Quod testamentum
posuit deus inter se et ho
mines. Et omnem animam
vivam ne perdat eam dilu
vio arcum qui apparet in
nubibus qui numquam nisi de
sole resplendet. Illi enim non
pereunt diluvio separati ab
ecclesia qui in prophetis et omnibus
divinis scripturis tamquam in
dei nubibus agnoscunt Christi
gloriam non querunt suam.
Verum nec adoratores huius
solis amplius [illegible]
sciant ista significari Christum
aliquando per solem sicut per leonem
per agnum per lapidem quem
dam similitudinibus tamquam

non spectatis subactum. Iam non illud
quod de vinea quam plantavit
inebriatus nec nudatus est
in domo sua cum non appareat
Christus passus in gente sua. Tunc
enim nudata est mortalitas car
nis eius iudeis scandalum
gentibus stultitia. Ipsis autem
iudeis et gentibus tamquam
Sem et Iapheth dei virtus et dei
sapientia, quia quod stultum est dei
sapientius est quam homines et
et quod infirmum est dei fortius
quam homines. Proinde in duobus
filiis maximo et minimo
duo populi figurati unam vestem
retro portantes sacramentum scilicet
iam preterite et transacte dominice
passionis nuditatem patris
nec vident, quia in Christi nece
non consenserunt et tamen honorant
velamento tamquam scientes unde
sunt nati. Medius autem filius
id est populus iudeorum ideo medius
quia nec primatum apostolorum
tenuit nec ultimum in gentibus
credidit, vidit nuditatem patris
quia consensit in necem Christi et
nuntiavit foris fratribus. Per eum
quippe manifestatum est et
quodammodo publicatum quod erat
in prophetia secretum. Ideoque fit servus
fratrum suorum. Quid enim est enim
aliud hodie ista gens ipsa nisi
quedam scriniaria christianorum baiu
lans legem et prophetas ad testi
monium assertionis ecclesie

ut nos honoremus sacramentum
quod minatur illa prophetia. Nunc
aut non exultet quem non uel inf
met in fide uel confirmet / quod
ita benedicuntur illi duo qui
nuditatem patris honorauerunt
quamuis auersi uelint quibus
factum sceleratum nimis displi
cuit. Benedictus inquit dominus deus
Sem / Nam quamuis omnium sit deus
omnium gentium quodammodo
tamen ipso uocabulo et in ipsis iam
gentibus dictus deus Israel / Et
unde hoc factum est nisi ex bene
dictione Iapheth. In populo enim
gentium totum orbem terrarum
occupauit ecclesia. Hoc prorsus
hoc prenuntiabat cum diceretur
latificet deus Iapheth id est habitet
in domibus Sem. Videte in ma
gnitudine uidete. Ecce in conspe
ctu uestro est orbis terrarum / hic
stirpetis hic deletis in perhibentis
quia latificat deus Iapheth. Uidete
dete si non habitet in domibus
Sem id est ecclesias quas filii prophetarum
apostoli construxerunt. Audite
quid dicat Paulus iam fide
libus gentibus. Eratis
inquit illo tempore sine Christo alie
nati a societate Israel et peregrini
testamentorum et promissionis
spem non habentes et sine deo in
hoc mundo. Ecce his uerba ostendunt
quod non dum habitat Iapheth in
domibus Sem. Sed paulo post que
admodum concludat audi

te. Igitur iam inquit non estis
peregrini et inquilini sed estis ciues
sanctorum et domestici dei superedi
ficati super fundamentum apostolorum
et prophetarum ipso summo an
gulari lapide existente Christo
Iesu / Ecce quomodo dilatatus Iapheth
habitat in domibus Sem et in
epistolas apostolorum quia haec omnia co
testantur tenentes legentes predi
cantes scribi et uos ipsos depu
tanerim nisi nulla male
dicta medietate cum non est
lapis angularis Christus / quia nec
in illo pariete nos agnoscimus
qui ex circumcisione crediderunt
in spiritu uiri erant et apostoli inter
inuisto qui ex preputio uiri sunt
omnibus ex ceteris gentibus in eam
dem unitatem fidei tamquam in
pace anguli concurrentes /
Sed et omnes qui quoslibet ueri
canonis libros accipiunt et
legunt ubi Christus mortaliter natus
et passus auditur / nec tamen
eandem mortalitatem in passione
nudatam consociato unitatis sa
cramento honorifice uelant
sed sine sua pietatis et caritatis
nuntiant. Illud enim omnes nati
sumus. Christiani inter se dissen
tiant et iudei ab hereticis
et ipsi heretici alii ab aliis.
Una tamen conditione seruitutis
ad aliquam attestationem uel ad
aliquam probationem ualere sint
ecclesie. Ipsam et de hereticis dam

est oportet et hereses esse ut pro
bati manifesti fiant in vobis
Ante nunc et obiectante calumpni
is veteribus libris sacris hoc
agite sicut cetera, ite quibus
insunt mucida cura exagita
nati estis. Vere cum esset unde
vos quo quomodo fratres appe
llare possetis nisi christus sic
a prophetis prenuntiatus esset venis
set in mundum, bibisset de vinea
sua calicem illum quem transi
re non potuit, dormisset in pas
sione sua tamquam inebrie
tate stultitie que sapientior
est hominibus, ut ita nuda
retur mortalis carnis infir
mitas parvuli dei consilium
fortior hominibus, quam nisi in
bonum dei suscepissetis non quidem
christiani essetis et vos glo
riamini non esse in tribubus iudeo
rum. hic agite ut diiudicemini
dentur prodite quod vos
receperint honoremus. Vestras
vobis ecclesia tamquam subditus
sibi ut probati manifesti fiant
in eam ipsa adeo vix quod
habitum ut passiva erat
ipse illi tanquam ut et
vos ibi locis vivis inveniatis
humanitate pretiosa ad
terras capiendas, utili autem
approbatis manifestatis
christi in Chananitis ab israhelitis
prophetis non est predictum cum
predicendo omnis ille figure

vigilavit sicut aves presentata pie
tate quam exagitata lenitate
maledictis. Exiit alius ab
Abraham exivit de terra sua et 7
de cognatione sua ut apud ex
teros ditetur et locupletetur
nisi qui relicta terra et cogna
tione iudeorum unde secundum carnem
natus est apud gentes ita
pollet et prevalet ut videmus.
Portavit alius in ysaac ligna
sibi portabat ad victimam, nisi
qui crucem sibi ad passionem ipse
portavit. Exiit alius aries
ymmolandus in vepre corni
bus adherebat, nisi qui cru
cis patibulo pro nobis offeren
dus affigebatur. Luctatur alius
in angelo cum iacob luctatus
cum sibi prevalente quasi for
tiorem infirmior victor est
victorem petitum benedixit pa
tum latitudine femoris eius
claudum reddit, nisi qui pre
valet ad id suis se perpetuis ipse
passus quosdam qui crediderunt
benedixit inde latitudo autem
femoris iacob in multitudine
carnalis populi claudicavit. Exiit
alius lapis positus ad caput
iacob ut nominatum quodam
modo exprimetur etiam
unctus, nisi caput viri christus.
Erit cum christum vestit ab
unctione appellari, quod nec etiam
hic ipsum in euangelio commendo
ravit et desuper significatum

aptissime significatum est quem dam nathanaelem dixisset vere israhelitam in quo dolus non esset et cum ille tamquam lapidem unctum super ad caput confessus eum esset filium dei et regem israel ista confessione quodammodo ungens lapidem id est ipsum esse confitens christum ubi optime dominus etiam illud somnium memoravit quod tunc vidit iacob qui benedictione appellatus est israel. Amen dico vobis inquit videbitis celum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes supra filium hominis. Dicit enim israel in quo erat cum illum lapidem ad caput habebat a terra ad celum scalas per quas ascendebant et descendebant angeli dei in quibus significati sunt evangelizatores christi ascendentes utique cum ad intelligendum eius supereminentissimam divinitatem excedunt universam creaturam ut eum inveniant in principio deum apud deum per quem facta sunt omnia descendentes autem ut eum inveniant factum ex muliere factum sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret. In illo enim scala erecta est ad celum a terra usque ad spiritum quia in illo carnales proficiendo velut ascendendo spirituales fiunt ad quos lacte nutriendos etiam ipsi spirituales descendunt quodammodo cum eis non possunt loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus. Sic et ascenditur et descenditur super filium hominis. Filius enim hominis sursum in capite nostro quod ipse salvator est et filius hominis deorsum in corpore suo quod est ecclesia. Ipsum et scalas intelligimus quia ipse dixit ego sum via. Ad ipsum ergo ascenditur ut in excelsis intelligatur et ad ipsum descenditur ut in membris suis parvuli nutriantur. Et per illum ascenditur et descenditur. Exemplum quippe eius sequentes predicatores eius non solum se erigunt ut eum sublimiter conspiciant predicent sed etiam humiliant ut eum temperanter adnuncient. Videte apostolum ascendentem sive inquit mente excessimus deo. Videte et descendentem sive inquit temperantes sumus vobis. Videte et per quem ascenderit et descenderit. Caritas enim inquit christi compellit nos iudicantes hoc quoniam unus pro omnibus mortuus est ergo omnes mortui sunt et pro omnibus mortuus est ut qui vivunt iam non sibi vivant sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Hec in scriptura sanctus secundum spiritum illa que non delectat

sanam doctrinam non sustinentes
ad fabulas convertuntur. Et ille
quidem fabule animas non
qualibet corporis etate pueri-
les natura quadam delectatione
sollicitant. Sed nos iam corpus
Christi agnoscamus in psalmo vo-
ce nostra et dicamus: Narra-
verunt mihi iniusti delecta-
tiones, sed non sicut lex tua domine.
q(uestio) Christus in utroque illorum librorum
utroque illarum scripturarum page-
nti et anhelanti in sudore illo
damnationis humane sine
raptu sine excursu occurrit
et reficit. Ipse intus et extra nulla
difficultate inventionis sine
desiderium inflammat, quod
id est inveniendo absorbeam
medullisque reconditum salu-
briter tenebit. Ipse in Joseph
aliter figure R invenit qui persequentibus
et vendentibus fratribus in Egy-
pto post labores honoratur.
Vidimus enim labores Christi
in orbe gentium, que signifi-
cabat Egyptus, per varias passio-
nes in mundo, et nunc videmus
honorem Christi in eodem orbe ter-
rarum erogatione frumenti
sui omnia subiugantibus. Ipse
in virga invenit in virga Moysi
que in terra serpens effecta
eius mortem figuravit a
serpente venientem. Sed quod
apprehensa cauda fit virga po-
sterius partis iam omnibus

in fine actionis ad id quod fu-
erat resurgendo redditur in per-
fecte reparationem morte consumpta
nichil serpentis apparet. Quod
corpus eius in eadem mortali-
tate pluribus temporibus volvimur
sed fine novissimo velut cau-
da seculi per manum id est potestatem
iudicium nec ulterius prolabitur a
prehensa reparabimur et
novissima inimica morte de-
structa resurgentes in dextera
dei virga regni erimus. Etiam
de exitu Israel ex Egypto non
ego sed apostolus loquitur: Nolo autem
vos ignorare fratres, quia patres
nostri omnes sub nube fuerunt et
omnes per mare transierunt et
omnes in Moyse baptizati sunt
in nube et in mari et omnes
eandem escam spiritualem man-
ducaverunt et omnes eundem
potum spiritualem biberunt. Bibebant
enim de spirituali consequente pe-
tra. Petra autem erat Christus. Expo-
nendo unum multa innodu-
xit intellectum. Sicut enim petra
Christus propter firmitatem, cur et
non et manna Christus tamquam
panis vivus qui de celo de-
scendit, quo vere qui vescuntur
spiritualiter vivunt. Etiam illi
veterem figuram carnaliter acci-
pientes mortui sunt. Sic hunc
dicit apostolus eundem cibum
spiritualem manducaverunt, ostendit
et illud spiritualiter intelligi in

xpo sicut et potum tuit spāliꝫ
diuissi aperuit cū sibi uiuerit pet
autem erat xpus Quo a
pto cuncta siluerunt Cur
no ergo et nubes xpus et co
lumpna / et regulis et fumus
et silencius infirmitate nr̄a
prodest lucet / poie no lucet
ut qui no uident uideant
et qui uident ceci fiant
Rubet et mare rubrum bap
tismus utique xpi sanguine co
secratus hostes sequentes atque
moriuntur peccata pterita Cum
ꝑ⁹ p desertum baptisati oms no
dum pueniunt p̄missa patri
sꝫ q̄ non uident sperando et
p paciam expectando tamq
in deserto sunt / et illic labo
rose et periculose temptacio
ne reintantur cordo in egiptu
ꝯ i tū xpc deserit ꝯ et illa
columpna no recedit et a
mare aque ligno dulcescit
et ibi ꝑli signo crucis xpi
honorificato manifestatur
et duodecim fontes septuagi
ta palme arbores irrigantes
aplicam gratiam p̄figurant
plebis in septenario numero
decuplato rigante in ppeta
sermis spus domini legis
decalogus impleatur Et hostis
multitudo uiolans uia exten
sis moysi manibus signo
crucis deuicta supatur Cruor
sub mortifero serpencium exal
tato et respecto eneo serpente
sanantur Quod ubis ipsius
dñi declaratum Sicut exaltat
in quit moyses serpentem in de
serto sic oportet exaltari filium
hominis ut omnis qui credit
in eum no pereat sꝫ habeat uitam
eternam Ista nec etiam ista no cla
mant Cantare est surditas
in cordibus dnīb fit pascha
mortisione omnibus occiditur
xpus de quo in euangelio dicit
ecce agnus dei ecce qui
tollit peccata mundi Prohiben
qui pascha faciunt ossa frange
[illegible] frangunt inquantum ossa [illegible]
detestatur euangelista hic esse
dictum os eius no comminu
etis Sanguine illuminantur
postes ut primicies depella
signari signo dnīce passionis
in frontibus ppli ad tutelam
salutis Dat ubi lex quinqua
gesimo die post actum pas
cha Venit spus scus l° die
post dni passione Dicitur
illic lex scripta digito dei data
dñs despu sto in digito dei
eicio demonia et clamat
faustus omnibus clausis mich
se nullis litteris inuenisse
quod ad pronunciacionem x pertine
at Nunc aut inueni sto
cibos lz ad legendum et cor
ad intelligendum no habui
qui positus ante hostium
clausum dnum sentit no

fide pietatis pulsat si clamore
impietatis insultat. plane
ita sit ita fiat. Iustum est
cum scandalizatur superbus iam
a salutis uemat mansue
tus quem docet dominus in gressus
videat et si nullis libris
et certa vel omnia vel quedam
qualia credat. Cum omnibus
videat ihesum introducentem
plebem in terram promissionis
necnon cum hactenus Ause
nominabatur si ex ipsa dispen
satione nomine mutato ihesus
appellatus est. Cum videat botrum
de terra promissionis in ligno
pendentem. Cum videat in Iheri
cho tamquam in hoc mortali se
culo meretricem de qua liber
ait dominus quod precedunt super
bos in regnum celorum per fe
nestram domus sue tamquam
per os corporis sui coccinum mit
tentem, quod est utique sanguinis
signum per remissionem peccatorum
confiteri ad salutem. Cum videat
muros ipsius civitatis tamquam
munitiones mortalis seculi
septies circumacta testamenti
archa cecidisse. sicut nunc per
que vii dierum vicissitudine
dilabuntur testamenti dei circuit
toto orbe terminum in fine
temporum mors novissima
inimica destruatur. et ex im
piorum perditione unica do
mus tamquam unica ecclesia libe
retur munda ta ab turpitudine
fornicationis per fenestram con
fessionis in sanguine remi
ssionis. Cum videat ipsa primo in
diam pecca regnum sicut erat
primo videntur deum pecca re
gnum/ inter ipsis tribubus mich
tum et regnum. Cum intimatur in
multis et variis modis christum
et etiam figuratur. Cum videat
in Samson obviam leonem
notans cum petendo uxorem
causa ad alienigenas tenderet
nisi qui etiam vocaturus
ex gentibus dixit gaudete
quia ego vici seculum. Cum videat
sibi mult more ipsius latus
ossium fauus existentis/ nisi
quia ecce consumptum legis
ipsas regnum leonem que ad ...
sus christum ante fremuerat
nunc iam perempta feritate
dulcedinem evangelice predicat
de etiam munimenta pre
Cum videt illa mulier plena
fiducie hostis tempora ligno
transfigentis/ nisi fide crucis
christe per regna diaboli perimens
Cum videt vellus complutum
area sicca/ et postea compluta
area sicco vellere/ nisi primo
una gente hebreorum christus
occulte in sacris misterium dei
quod est christus/ quo in isto
totius orbis vacuus erat
nunc autem in manifestatione
tota orbis idem illa vacat ae

Quidiani regum temporibus
ut in pauca commemorem nostre
tre ab ipso exordio commutatum
sacerdotium samuele reproba
to heli et commutatum regnum
modo reprobato saule clamat
prenunciari novum sacerdo
tium novum quod regnum reprobato
vetere quod umbra erat futuri
in domino ihesu christo venturum.
Quando ipse david cum pa
nes propositionis manducavit
quos non licebat manducare
nisi solis sacerdotibus in una
persona utrumque futurum i. in
uno ihesu christo regnum et sacer
dotium significavit. Quando cum
x tribus a templo separate sunt
et due relicte salvo iudicat
quod detracta ipsa gente apostolus
dicit reliquie per electionem gratie
salve facte sunt. Pascitur
helias tempore famis corvis ma
ne afferentibus panem et ad
vesperam carnes. Et manichei
non intelligunt nullis libris
christum eum quodammodo salutem
nostram esurienti confitentur
peccatores fidem prenuncias quod
non habentes iustitie aut velut
ad vesperam seculi etiam carnis
resurrectionem. Mittitur helias
pascendus ad alienigenam
viduam que nolebat duo ligna
colligere priusquam moreretur.
Non solum solo ligni nomine sed
etiam uno ligno signum crucis
exprimitur. Cuius farina eius
et oleum fructus et hilaritas
caritatis que cum impendi
non desinit hilarem enim datorem
diligit deus. Helyseo pueros
insultantes et clamantes
calve calve bestie comederunt
puerili stultitia deridentes
christum in loco calvarie cruci
fixum ymmo iudeos a demonibus
periit. Mittit helyseus puer
um baculum super mortuum
et non revixit. Venit ipse
coniungit et coaptat se morti
eius et revixit. Misit
sermo dei legem per servum
eius nec profuit in peccatis mor
tuis. Cum naaman que tamen
non sine causa missa est ille
cui misit qui sciret eum prius
esse mittendum. Venit ipse
conformavit se nobis factus
particeps mortis nostre et in
firmitati summus. Cum secu
ribus ligna cederentur de
ligno ferrum exiliens in
profundum fluminis mersum
est. Alterum lignum desuper ab
helyseo proiectum rediit sursum
est. Ita tum impios in decus
per corpus operata presentia christi
tamquam infructuosas arbores
cedere. Et de illo ~~tunc~~ iohannes
dixerat ecce securis ad ra
dices arborum posita est
invenimus te passione corporis
ipsum desecuit nimirum

profunda descendens quo in
sepultura desuper posito tamquam
ad manum brevium sicut super
redemite surrexit. Etiam
multa propterea brevitatis
necessitate constrictus novimus
que legimus. Etiam ipsa in
babilonia transmigratio quo

alia figura

etiam spiritus dei per ieremiam
prophetam iubentur ut orarent
et orent pro ipsis in quorum
regno peregrinarentur quia in illorum
pace etiam pax esset istorum
et edificarent domos et no
vellarent vineas et plantarent
hortos. Quis non agnoscat quod
prefiguravit qui attenderit
veros israhelitas in quibus
dolus non est. Apostolum dis
pensationes cum euangelio
facientes ad regnum gentium
transmigrasse. Unde nobis
apostolus tamquam ieremiam
replicans dicit: Volo primo
omnium fieri deprecationes
adorationes interpellationes
gratiarum actiones pro omnibus
hominibus pro regibus et his
qui in sublimitate sunt
ut quietam tranquillam vitam
agamus in omni pietate
et castitate. Hoc enim bonum
et acceptum est coram sal
vatore nostro deo qui omnes
homines vult salvos fieri et
in agnitionem veritatis ve
nire. Etenim quippe etiam illis
credentibus constructa sunt
domicilia pacis basilice sanctorum
congregationum novellate vinee
populi fidelium et plantati hor
ti ubi etiam nisi omnia hole
ra granum sinapis regnat
sibique umbraculis longe
lateque porrectis etiam alti pe
nne superbia gentium tamquam
nitenti volatilibus confugie
do requiescit. Etiam quod etiam
post lxx annos secundum eiusdem
ieremie prophetiam redditur
ex captivitate et templum
renovatur. Quis fidelis christi
non intelligat post evoluta
tempora que septenarii dierum
numeri repetitione transcurrunt
etiam nobis .i. ecclesie dei ad illam
celestem ierusalem ex huius seculi
peregrinatione redeundum
et quem nisi per ihesum christum ve
sacerdotem magnum cuius
figuram gerebat ille ihesus
sacerdos magnus illius temporis
quo templum edificatum
est post captivitatem quem propheta
zacharias vidit in sordi
do habitu. Devicto quoque dia
bolo qui a dextris accusator
stabat ablatam illi sordi
dam vestem et datum
indumentum honoris et
glorie. Sicut corpus ihesu christi quod
est ecclesia ab adversario in fine
temporum per iudicium super
ato liberatum peregrinationis

in gloriam sempiterne salutis
assumitur. Unde etiam in psal-
mo dedicacionis domus aptissime
cantatur: Convertisti luctum meum in
g. m. c. s. m. et accinxisti
me l. ut c. t. g. m. et n. c.
Plurimus per exortacionem alterius
operis omnia que in illis veteribus
legis et prophetarum libris figurate
Christum annunciant quanta
libet brevitate perstringere. Nisi forte
quis putat ingenio fieri ut ea
que rerum ordine per ista tempora cu-
currerunt ad Christi significationes
interpretando flectantur. Et forte
iudei hoc dicunt sive pagani.
Ceteri autem qui se christianos putari
volunt premunt eucem apostolica
auctoritas dicens: Omnia hec
in figura contingebant illis,
et hec omnia figure nostre sunt.
Abraham si Ismahel et Ysaac ho-
mines nati duo testamenta
significant, quid credendum
est de tot factis que nullo na-
turali usu nulla negocii ne-
cessitate facta sunt, nisi ut ne
significarent? Si quis nunc qui
hebreas litteras ignoramus ipso
saltem cum caractere videret
in pariete conscriptas honora-
to aliquo loco, quis esset tam
excors ut eo modo pictum in
pariete ac non possumus intelli-
gere scriptum ut si legere non
valeret, non tamen illos apices ali-
quid significare dubitaret.

Ita prorsus illa omnia que sunt
in veteris instrumenti scripturis
si quis consideret non perverso animo
legit sic oportet inbuat ut
aliquid ea significare non
ambigat. Ubi enim gracia. Rursus
quid si oportebat ad interitum
nostrum feminam fieri, etiam hec
necessitas illa cogebat vel
illa suadebat utilitas ut
de dormientis latere fieret.
Si causa evadendi diluvii
opus erat fabricari arcam,
quid opus erat mensuras eius
aut ipsas potissimum sed cum
etiam scriptis ad religionem
posteritati propagandis commen-
dare? Si propter genus repa-
randum animalia includi
oportebat, quid opus erat illo
potissimum modo septena
de mundis bina de inmundis?
Ostium a latere si necessi-
tas utique cogebat in latere
aut si vel etiam memorie com-
mendari placebat, quid cogebat?
Immolare filium iubetur Ab-
raham. Iussus hoc fuit ut
eius obedientia tali etiam exami-
ne probata posteris innotesceret.
Continuenti ligna porta-
vit filius ne pater senex ea
portaret non sit postea fi-
lium ferire prohibitus
ne orbitate gravissima se
feriret. Numquid etiam si
nullo effuso sanguine re-

dimiserit minimus esset probatus ab
sabinianis. Aut si iam operis e
rat presi sacrificium etiam ne
ut ille antes incipere adhuc
rerum temporibus appareret ad
nullum augmentum incli-
me pertinebat. Sic omnia qui
consideraverit et que superflua
necessarijs contexta sunt
minime admonent humana
num animum id est animum rati-
onalem prius aliquid significare
deinde quid significent querere.
Sicut etiam ipsi iudei qui
Christum cum patrem nobis agno
nunc illi credent nolunt
talibus rerum non tantum dictarum
sed etiam gestarum figuris
prenunciatum videri. Cogimur
a nobis dicere quid illa signi-
ficent que nisi aliquid
significare contendimus tam
divine auctoritatis libros ab
ineptiarum fabularum ignominia
non defendimus. Videt
hac stilo vir quidam liberalit
eruditissimus virgo eorum cum
eloquium gentili platonem esse
non dubitant et conatus est
aliqua interpretari non ad Christum
intelligendum iugiter non
crediderat sed ut magis
appareret quantum interfit inter
ad Christum referas omnia quem
quem vere sic dicta sunt
Cum per illum qualibet coniectu
ras quos invenit acumine

perscrutaris. Quamtumque valeat quod
apostolus ait: cum transieris ad dominum
auferetur velamen. Sed cum
quidam eiusdem stilonis tam
memorie arcam diluvij fabri
rationi humani corporis fabri
catam volens intelligi tamquam
membratim omnia pertractabat
tam subtilissime minora etiam
regulas consulenti congruenter
occurrebant omnia que intel-
ligendum Christum intelligi impe
dirent. Quia in corpore humano
etiam ille humanum genus sal-
vator apparuit. Nec tamen cogent
quia corpus humanum est utique
et hominum rectorum. Sic id venit
est adoctum quod inatre late
factum est omnis humanum
ingenij coniectura defecit. Et
tamen aliquid dicere inferioris
corporis partes qua urina et
stimulus egerunt illo ostio sig-
nificari ausus est credere. Ausus
est et dicere. Ausus est etiam
et scribere. Non inveniens ostio
nominati sic curavit credo
sed ad Christum transisset ablato ve-
lamine sacramenta ecclesie ma
nantia ex latere hominis illius
invenisset. Etiam quia predictum
est erunt duo in carne una.
Propterea mariti quedam ibi ad
Christum quedam vero ad ecclesiam re
feruntur quod totum Christus est
Sic et inceteris interpretationibus
significatum promissum textum d

nunc scripture licet considerare et comparare sensus eorum qui Christum ibi intelligunt et eorum qui preter Christum et alia quedam ea detorquere conantur. Et pagani nobis inde obstrepere possunt? Neque enim audent contendere nec illa non solum dicta sed etiam facta figurate accepta misteriis ad Christum intelligendum conscriptum quia ea que predicta intelligimus etiam demonstramus impleta. Cum fabulas suas ut aliquo modo commendent ad nescio quas philosophias vel theologias id est rationes naturales vel divinas interpretando referre conentur ex parte plene satis indicantes qualia sint aperte aut dissimulantes deos eos rident in theatris que venerantur in templis in turpitudine nimium libidinis superstitione nimium servientes. Nobis autem quisquis dixerit non ideo illa vel gesta vel scripta ut sic ea intelligam excepta ipsa tanta consonantia rerum prefiguratarum et nunc impletarum aliis presagiis prophetie apertis manifestius convincitur. Sicuti est illud In semine tuo benedicentur omnes gentes hoc dictum est ad abragham hoc ad ysaac hoc ad iacob. Unde non inmerito dicit Ego sum deus abraham et deus ysaac et deus iacob complectens utrique in benedictione omnium gentium quod ex eorum semine promisit. Preterea nimirum ipse abraham cum eius servus ei iuravit sub femore suo misit eum ponere manum presciens in veritatem carnis Christi in quo benedicti omnes gentes id nunc pronunciamus sed quod tunc promissum est nunc videmus. Compescite immo melius vestrum opera veritate animum legis sanctius. In vocavit iacob filios suos et dixit Congregamini ut annunciem vobis que occursura sunt vobis in novissimis diebus. Congregamini et audite filii iacob audite israel patrem vestrum. Hic certe nemo dubitat prophetantis personam esse dilucidatam. Audiamus ergo quid dicat filio suo unde dominus tribu propheticus venit ex semine david secundum carnem sicut apostolica doctrina testatur. Iuda inquit te laudabunt fratres tui manus tue super dorsa inimicorum tuorum adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis iuda de germinatione fili mi ascendisti recumbens dormisti ut leo et ut catulus leonis quis suscitabit eum. Non deerit princeps ex iuda et dux

de femoribus eius donec ve
niant que reposita sunt ei
et ipse expectatio gentium
alligans ad vineam pullum
suum et cilicio pullum asine
lavabit in vino stolam
suam et in sanguine uve
amictum suum. Fulgentes
oculi eius a vino et den
tes candidiores lacte. et fal
sa sunt ista · obscura sunt
ista si in mysterio evidentissima
luce claruerunt / et si non
eum laudat sicut eius apostoli
et omnes coheredes eius non
suam gloriam querentes · sed
ipsius. Item non sunt manus
eius super dorsa inimicorum
eius. Item non deprimunt at
que vincuntur adversum cres
centibus populis christianis omnium
tamen illi adhuc adversantur
Item non eum adoraverunt filii
iacob in reliquiis que per elec
tionem gratie salve facte sunt.
Item non ipse est catulus leonis
qui in nascendo parvulus
factus est sicut additum
de germinatione filius meus
causa quippe reddita est
quare catulus meus laude
alibi scriptum est catulus
leonis fortior iuvenibus
hoc est etiam parvulus for
tior maioribus. Item non as
cendit in cruce recumbens
cum inclinato capite et

reddidit spiritum. Item non dormivit
ut leo quia et in ipsa morte
non est victus sed vicit. Et ut ca
tulus leonis in eum mortu
um et natus sit. Non ille eum
suscitavit a mortuis quem
nemo hominum vidit nec
videre potest / Ideo enim quod di
ctum est quis suscitabit eum
satis expressum est tamen ignoti
significatio. Item defuit princeps
ex iuda et dux de femoribus
eius donec venirent optimo
tempore que promissa tamen repo
sita fuerant. Sunt enim lit
teratissime historie ipsorum
quamquam iudeorum quis evidenti
primum alienigenam herodem
regem fuisse in gente iu
deorum quo tempore natus est
christus / ita non defuit rex de
semine iuda donec veni
rent que reposita erant
illi / Sed quia non solis iudeis
sed de libus ex pro promissum
est. inde sequitur et ipse
expectatio gentium. Ipse alli
gavit ad vineam pullum suum
i. populum suum in cilicio predicans
et clamans agite penitentiam
a. enim . r. exemplum aliarum gentium
illa sub ditum cognoscimus
pullo asine comparatum
in quo etiam sedit duxit eum
in ierusalem . i. in visione pacis
docens mansuetas vias
suas. Item non lavit in vino

stolam suam ipsa cum glosa
vestivit quia sibi exhibet non
habentem maculam aut rugam
cum dicit per ysaiam si fuerint peccata
vestra sicut coccinum tamquam
nivem dealbabo Credo in re-
missionem peccatorum Aliquo ergo mi-
nus nisi illo de quo dicitur quod
per multos effundetur in remis-
sionem peccatorum Ipse est enim
ille botrus qui pependit
in ligno Propterea et hic in-
de quid admiratur Et nisi an-
te hunc amictum suum Nam
non fulgere oculos eius a vino
illa in corpore eius membra
cognoscunt quia donatum
est Sed quadam ebrietate
alienate mentis infra la-
labentibus temporalibus et
nam lucem sapientie contueri
Dentes quidem paulo ante com-
memoravimus dicente paulo
Sive cum inter excessimus
deo hii sunt fulgentes ocu-
li animo Sed ... quia sobrii
sive temperantes sumus vobis
non parvuli relinquimus ad
huc lacte nutriendi quia et
hii sequuntur et dentes can-
didiores lacte Quod adhuc
respondentes misam Nempe
ista manifesta sunt nempe
eius non dico talium primas
consideracionis sed etiam nebulas
dubitacionis expellunt Ta-
lia quidem primo in illis libris

talibus primo credite que ne-
que nec omnia commemorari
possunt quia nimium est nec
multa quia longum est nec
pauca vellem ne sola esti-
mentur ab eis qui illa
non legunt et ne fidelibus ac
diligentibus lectoribus reprehen-
dat cum plura evidenciora
reperit quod ista potissimum
posuerim que in occurrere
in presentia potuerunt Nunc
inter cetera multa que omnia
nec tali saltem indigeant
admonitione quasi imo ipsius
sunt in libris iacob Primus enim
iam querat expositorem dum
legit velut ovis ad victimam
ductus est et omnia que illic
multiplicat et evidentius dicit
quia livore eius sanati sumus
quia peccata nostra ipse portavit
Primus ... cantare
crederetur foderunt manus
meas et pedes dinumeraverunt
o. o. ossa ipsi vero consideraverunt et
conspexerunt me d. b. vestimenta
mea et s. u. m. m. sortem Quis
nisi nimium cecus iam imple-
re non cernat commemorabuntur
et c. ad dominum f. tre et a.
m. c. eius universe patrie gentium
cum Quid illud in euangelio tri-
stis est anima mea usque ad mortem
et nunc a. m. turbata est
Domine prius in psalmo fuerunt
dormivi conturbatus est vir

factum e ut dormiret nisi
quorum vocibus ad clama
tum e crucifige. Nomine
in psalmo sextus premittat
filii hominum. d. cor. a. et s.
et l. c. q. acutus. Quid aut
fecerint quid norunt resu
rectura et sup celos ascensu
ro et totum orbem tamen
gla sui nominis resurrectio
et sup utrum hoc psalmus
an tacuerit sequitur cum
Exaltare s. c. deus et s. a.
t. gla tua. Quis principium
de xpo dictum dubitaverit
dns dixit ad me. f. m. e. e.
h. g. te. p. a me et d. t. g. h.
t. et p. t. t. te. Quis aliu
intellige pmissum e n here
mas dicit immirum de
sapia tradidit illam iacob
puero suo et isrl dilecto suo
post hec in terris visus e et
cum hominibus conversatus e.
Quis n evidens salvatore
agnoscat apud danielem
cum antiquo dierum offert
filius hominis et accepit re
gnum sine fine ut serviant
ei omnes gentes. Jam uo
locum illum que commemora
dus ex eodem daniele sib
pha cum videritis abho
minacionem vastacionis stan
tem in loco sco. qui legit
intelligat si supputatis etia
temporibus ebdomadium
ille vims pstruitur no solu
xpo si etiam tempus reperitur
quo eum oportuerit venire
passurum quamvis et sine com
putatione tpm manifestis re
rum effectibus in decos urgere
soleamus cum quibus nobis n
uterum inxo sit salus nra siuez
iam venit. passus qui fuit dis
ceptatio e. Comminenciit aut
rebus ipis aptissimis no plu
deside omnium generum quia b
ei scripturas eadem cui cede
cognituris scriptura predixit q
ita clarescit toto orbe terrarum
ut omnium reverenciam om
lib servat. Uerum etia debilis q
in ipsa in iudeorum gente iam
facta sunt / quod sacramentum
cessum e. quod cessavit hostia
et sacerdotium. et unctio pessima
que daniel tunc pnunciavit
futura qm unxit sanctum sco
liquide pphavit. Cum igi
illa omnia iam facta sint
exigi abest etiam unctus
sctus scoz et quid respondeat
no invenimus. Quid aut
nobiscum no de xpo si tm de
adventu eius disceptaret
no hii nossent. cum in suis
libris pdictum / Cur a iohanne
quesivit utrum ipse sit xpc
cur ipi dno dicit quamdiu
animam nram tollis si tu
es xpc dic nobis palam
cur petrus et andreas dicit

aut nulla erunt quibus demon-
strare debuisti nos alia dare
non posse ut sciremus ista
nulla esse. Nunc vero tamquam
libellus tuus tam surdos au-
ditores vel cecos lectores esset ha-
biturus ut nullus adverteret
quod post ista cucurristi di-
cere. Nulla fuerunt vera xpus
potuit assentiare quod iussum
est. Ita si xpus hec minime asse-
veravit. capitulum hoc falsum
esse constituerit. Si hoc ergo te co-
gitante dictare et alium non
cogitare contradictorem tibi acu-
men tuum an in mala causa
non posset aliter. Si mala causa
te vana loqui coegit mala
non sit causa sed in genio te co-
git. Et nunc si ostendam alia da-
bimus. Certe utique non erunt
nulla quia erunt aliqua. Et
si erunt aliqua. potuit xpus

assentiare quod dictum est. Ita si xpus
hoc assentiare potuit. capitulum
hoc evangelicum falsum esse
non constat. Credi ergo ad sofisti-
cam quam dixisti aut alia
dabitis aut nulla erunt. Et
inde non te ostendisse nulla nos
alia daturos. Quin etiam nos
quam multa alia iam supra
diximus. Et quod hinc consi-
ciatur adversus licet non esse
falsum quod mentitum xpm
dixisse legimus si crederetis
Moysi crederetis et michi. De me
enim ille scripsit. Et evangelii qui-
dem tam eminens est aucto-
ritas et tam fundata veritas
ut etiam si nos propter tarditatem
intelligentie nulla nunc
invenimus a moyse scripta de xpo
non solum esse aliqua sed ad
xpm omnia pertinere que scripsit
quia non ait et de me scripsit
sed de me ille scripsit. credere debemus.
Nunc autem et si de isto evangelii
capitulo quod absit dubitaremus
compertis tam multis in
scriptura moysi de xpo testimo-
niis omnis illa dubitatio to-
lleretur. Et quia de capitulo e-
vangelii dubitandum non
est etiam si illa comperta non
essent esse tamen credi oporteret.
Nam illud quod adiungitis
dissimile fuisse traditionem
xpi atque moysi et ideo non
fuisse verisimile ut si crederent

virto-
rem

moysi credunt et christo cum non
et illud potuisset esse consequens
ut si alii iudei crederent alii
necessario repugnarent. Non
utique diceres si considerationis
oculum paululum attolleres
orbemque terrarum sine conten
tionis cecitate conspiceres in
hominibus doctis ac indoctis
grecis et barbaris sapientibus
et insipientibus quibus se debi
torem dicebat apostolus et mo
ysi et de christo simul credentes.
Cur ergo non erat verisimile ut
iudei moysi et christo pariter
crederent. Multo utique verisi
mile est ut orbis terrarum moysi
et christo pariter credat. Cum uni ne
iudeorum genti gentes utrique
credere et illius prophetiam cum
evangelio huius concinentem fidei
robustissimam et celeberrimam
cernis. Non ad aliquid impossi
bile gens una vocabatur
cum ei diceretur si crederetis
moysi crederetis et mihi. Potius
est miranda et vehementer
exsequenda duritia iudeorum
qui hoc non fecerunt quod totum
mundum fecisse conspicimus.
Nam quicquid dicis de sabbato
et de circumcisione [illegible]
de differentia ciborum aliam fuisse
traditionem moysi, aliud per christum
dixisse prophetas iam superius oste
dimus, quia sicut dicit apostolus
hec omnia figure nostre fuerunt.

Non ergo diversa doctrina est sed diversum
tempus. Aliud enim erat quod
hoc aptabat prefiguratas propheticas
prenuntiari, et aliud est quod
hoc iam aptet per manifestam
veritatem redditam atque adimpleri.
Quid mirum si iudei car
naliter intelligentes sabbatum
christo qui iam hoc spiritaliter insinu
abat repugnaverunt. In apostolo
responde si potes qui novationes
populi dei umbram futuri esse
testatur. Sed illi restiterunt christo
non intelligentes verum sabba verum
tismos ei. nolite resistere et in
telligite veram innocentiam.
Nam ego ipso loco ubi precipue
destructor sabbati putatur ihesus
cum discipuli eius per segetem
transeuntes et esurientes vellent
spicas et ederent innocentes
eos dixit respondens iudeis
Si sciretis quid misericordiam volo quid
sit quam sacrificium numquam
condempnassetis innocentes.
Magis eos esurientes nutri
re debuerunt quia hoc illi co
acti fame fecerunt. Quo ibant
quisquis vulserit spicas non
ex traditione christi qui hanc in
nocentiam vocat, sed ex traditione
manichei homicida deputatur.
Hanc forte iniuriam eisdem spi
cis exhibuit apostolus ut in mensa
dei manducando purgarent
sicut vestra fabula est. Hos ergo cru
deles qui hoc non fecerunt. Sed melius

destruere

Quomodo sanctus destituere sabbatum
qua sit virtute dei semper atque
infatigabiliter operari. Illi hoc di-
cant qui intelligunt deum
sine temporali voluntate vniuersa
tempora facientem. Hic ad vos mu-
tuum est qui dei iura regnique
reuelatione contra tenebrarum
prohibetis exercitum et hostium
repentino impetu perturbatis.
Nam exercitus prudens hoc
futurum numquam habuit regnum
quia numquam securus fuit qui
se cogitabat tam graue bellum
tanta membrorum suorum labe
dampnoque contestaturum. Ceterum
illud sabbatum quod impie te
atque impie deridetis non et ipsum
in prophetis que de christo scripta sunt
habet intellectum. Sed et christus
sibi attestatur. Cum enim
ipsa voluntate sicut ipse in
eius laude posuisti pateretur ideo
que ipsa passione et iterum sic
haberet in potestate id egit vt re-
quiescens in sepultura sabbato
requiesceret ab omnibus operibus
suis vt tertio die surgens quem
dominicum dicimus qui post sabbatum
numeratur octauus etiam circum-
cisionem octaui diei ad sempiter-
nam beatitudinem pertinere declararet. Circum-
cisio enim significat exspoliationem carnis
quod nisi exspoliationem morta-
litatis quam de carnali genera-
tione portamus. Unde hoc
dicit apostolus exuens se carnem
principatus et potestates exempla-
vit fiducialiter triumphans eos in
semetipso. Quod cum dicit dicat
exuisse carnem colorem mortali-
tatem intelligimus carnis
secundum quam ipse corpus hoc
caro nominatur. Nunc mor-
talitas ipse caro appellata quam
illa resurrectionis immortalitate non
erit. Ipsa scriptum est Caro
et sanguis regnum dei non
possidebunt. De quibus verbis
solet is calumpniari fidei nostre
qua credimus huius corporis fu-
turam resurrectionem que in
ipso filio dei iam precessit dissimu-
lantes ea que sequuntur. Nam sequenter
aperte apostolus quid dicat exponit.
Volens enim ostendere quid carnem
dixit carnem et sanguinem sub-
iecit Neque corruptio incorrup-
tionem possidebit. Hoc enim
corpus quod propter mortalitatem
ipse caro nominatur mutari
dicit in resurrectione vt iam
non sit corruptibile atque mor-
tale. Quod non putetis nostra
suspicione dici ipsa eius que
sequuntur verba consulite. Ecce misterium
misterium dico. Omnes quidem
resurgemus non tamen omnes im-
mutabimur in athomo in
ictu oculi in nouissima tu-
ba. Canet enim t. et m. r. i.
et n. i. Oportet e. c. h. i. i. et
m. h. i. i. Ut ergo induatur
immortalitate exuit morta-

nichil ... latrone

litate hoc est circumcisionis in
sterni que octavo die fi' iussa
est et octavo die .i. dnica p(ost)
sabbatum iam veritate a
domino impleta. Q(uo)n(ia)m dicitur
exuens se carne principatus
et ptates exemplavit. Per
hanc enim mortalitatem nobis
ymmo diabolice ptates dna
bantur quas exemplasse
dictus e(st) / quia in se ipso capite
nro p(re)buit exemplum quod
in toto eius corpe .i. ecclia ex
diaboli ptate liberanda in
ultima resurrectione comple
bitur. Hec est fides nra / et
quam sicut testimonium p(ro)phetarum
paulus commemorat iustus
ex fide vivit / hec est iustifica
cio nra. Mortuum quippe xpm
et paganus credunt / resurrexisse
aut(em) xpm ipa fides est
xpianorum. Si enim confitearis
ait aplus in ore tuo quia
dns e(st) ihus / et credideris
in corde tuo quia deus illu(m)
suscitavit a mortuis / salvus
eris. Itaque ea fide resu
rrectionis iustificamur
ideo et illud apostolicum de xpo
e(st) quia mortuus est p(ro)pt(er) de
licta nra et resurrexit p(ro)p(ter)
iustificationem nram. Et quia
ista resurrectio que credita
nos iustificat / illa octavi
diei circumcisione figurata
est / p(ro)pterea de ipso abraham

cum tradita e(st) p(ri)mum / dicit aplus
et signum accepit circumcisionis
signaculum iusticie fidei. Ergo
et istam circumcisionem int(er) alias
figuras p(ro)pheticas de xpo scripsit mo
yses. Deinde cum ille scripsit.
Quod aut(em) dicit dns ve vob(is)
scribe et pharisei ypocrite qui
circuitis mare et aridam fac(er)e
unum proselitum. et cum feceritis
eum facitis eum filium ~~geheune~~
gehenne duplo quam vos estis
ideo quia circumcidi dixit / sicut quod
eorum mores imitat(ur) a quibus
imitandis cohibet suos dicens
Sup(er) cathedram moysi / sedent
scribe et pharisei. que dicunt
facite. que aut(em) faciunt facere no
lite. dicunt enim et non faciunt.
In quibus verbis intelligend(um)
debetur advertere / et quantus honor
delatus sit doctrine moysi in
cuius cathedra etiam mali se
dentes bona docere cogebantur.
Et unum fiet proselitus filius ge
henne non scilicet a phariseis
verba legis audiendo / sed eorum
facta sectando. Hac ergo dici
posse cum proselito circumciso
quod paulus dicit. Circumci
sio quidem prodest si legem cus
todias. Ceterum non ille in non
custodienda lege phariseos
imitabatur fiebat filius
gehenne p(ro)pterea cum arbitrar(er)
duplo quam illi / quia hoc
negligebat implere quod ipsa

voluntate suscepit. non ex m
decus natus sed sponte moriens
effectus est. Cum non ante dicit voluisse
sine respectu iniuriose. quod
moyses helluonis quemadmodum
disceptator sedet iubetque alia
quidem ad figuram pro mundis
alia vero pro immundis haberi con
tingit quidem cum ad helluone
hec magis pertineat ut nulla
discernat aut si discernit sua-
viora eligat. Sed hec ideo dicis
ut imperitis commenta tua
velut ab incomite etate im
tenta videantur, quasi nescientes
vel iam obliti quantum iocun
ditatis sapiat porcina quam
vervecina. Sed quia et ista
moyses figuris prophetie de christo
scripsit in animalium carnibus
significans homines vel incorpo
randos christi corpori quod est ecclesia
vel respuendos. Quos ex vite in
mundicie figuravit. Quam prophetiam
fidei catholice non tenentibus se
nec ruminantibus verbum sapientie
et duo testamenta vetus et no
vum non concordie distinguentes
tamquam gemina ungulam non
habentes. Sed nisi cum sciat te ergo
adimanthi viri fallacias non
comprehendisse sectari. Dicis enim et
ihesum christum sic docuisse ciborum
differentias: ut a suis quidem
discipulis omnes carnes penitus
removeret, secularibus non in vulgo
concederet omnia que possent edi

cum assereret quod eos nichil
in eos intrans pollueret. quia que
ex ore procedunt protulit ea
sola sunt que polluant hominem
Licet verba tua sunt tanto im
prudentiore quanto apertiore men
dacio deprompta et expressa. Nos
quia secundum christi sententiam si ea so
la polluunt hominem que ma
la ex ore procedunt/ tunc et disci
pulos christi non ea sola pollverent
ut eos tamquam ab immundis car
nibus esset necesse prohiberi. Sed
seculares homines non polluunt
hiis que in eos intrant sed hiis
que ex ore exeunt/ Ergo mun- immundiores
diores sunt a discipulis mundi
tie quam sancti et stat et ea
que intrant et ea que exeunt
possunt inquinare. Vellem autem
ut isti dicerent quid manduca
bat et bibebat christus/ qui in
comparatione iohannis non mandu
cantis neque bibentis se dixit
manducantem et bibentem.
Cum enim eum argueret perversitas
hominum utrobique calumnias
ingerentium/ venit inquit
iohannes non manducans neque bibens
et dicunt demonium habet. Venit
filius hominis manducans et
bibens/ et dicunt ecce homo
vorax et vinarius amicus
publicanorum et peccatorum. Et
iohannis quidem escam et potum
nominavit. non enim dictum est
quod omnino non biberet sed quod

vinum et siceram non biberet
bibebat ergo aquam cibus autem
eius non omnino, similibus erat
sed locuste et mel silvestre. Qui
quia ergo dictus est non man-
ducans neque bibens nisi quia
illo victu quo Iudei utebantur
ille non utebatur. Hoc ergo
dictus, non intelligitur non in eius
comparatione manducans
bibensque dicitur. Tam forte
ideo quia pane et holeribus
dominus vescebatur quibus Iohannes
non utebatur. Numquid si non
manducans dicitur qui locus-
tas et mel comedit, et man-
ducans dicitur qui pane atque
holere contentus est? Credibilis
suspicamini quemque vultis
certe bibens et vinarius non
diceretur nisi vinum biberet.
Cur ergo et nos hic immundum
putatis? Certe omnium hec ipse tra-
mentarie disciplinaque doman-
di corporis tangere prohibetis, sed
quod immunda sint. Etiam
ea sordes et scelus gentis te-
nebras esse prohibetis, contra
apostolum dicentem omnia mun-
da mundis. Et te qui audent
dicere Christum indifferentie cibo-
rum magistrum discipulos tu-
os ab illis prohibuisse que in-
munda ipsi putant. Osten-
dite ubi ista discipulis suis
removerit, fallaces impii
ne cruenti dei vindictis pro-
videntia ita cecati ut etiam
commoneatis nos unde commu-
tamini. Ceteram vim patior ab
animo meo in totum ipsum
evangelii capitulum quod iste ad
ipsum Moysen opponere voluit
inspiciendum inserere, ut ibi
videamus quam falsum sit quod
por Adimantus· et modo
sanctus dixit dominum Ihesum dis-
cipulis suis carnes vescen-
dis removisse, eas quoque vulgo
secularibus concessisse. Etiamque
cum respondisset calumpniantibus
quod non lotis manibus man-
ducarent, ita scriptor evangelii et
convocatis turbis ait illis:
Audite et intelligite. Non
quod intrat in os ~~coinquinat~~
coinquinat hominem sed quod
procedit de ore coinquinat hominem.
Tunc accedentes discipuli
dixerunt ad eum. Scis quod
pharisei audito verbo scandali-
zati sunt. Hic certe a disci-
pulis compellatus debuit
eos sicut isti volunt fortiter doce-
re ab omnibus carnibus ab-
stinendum, ut illud quod
supra dixit non quod intrat
in os coinquinat hominem
sed quod procedit de ore turbis
dixisse videretur. Certe ergo evangelista
et dicat quid iam non tur-
bis sed discipulis responderit
dominus. At ille videns ait: Omnis
plantatio quam non plantavit

pater meus celestis eradicabitur
Sinite illos ceci sunt duces ce
corum. Cecus autem si cecum du
cat ambo cadent in foveam
Hoc utique ideo quia traditiones
suas volentes statuere mandata
dei non intelligebant. Sed non
dum quesierant discipuli a
magistro quid ipsi quod turbis
dixerat accipere deberent. Sed et
hoc sicut narrat contexit evan
gelista et dicit Respondens
autem petrus ait illi Narra no
bis parabolam istam. Ubi in
telligimus petrum putasse
non proprie more aperte dominum locu
tum fuisse cum diceret non
quod intrat in os coinquinat
hominem sed quod procedit de ore
sed ut solet obscuritate parabo
le aliquid significare voluisse
Videamus ergo utrum iam secre
tius discipulis remotis turbis
hoc dicat quod manichei vo
lunt immundas esse omnes carnes
nec eos aliquam carnem debere
contingere. Quid quod expro
brat quod apertam suam sententiam
locutionem non dum intellexerit
et proprie dictum parabolam putaverit
Sic enim sequitur At ille dixit
Adhuc et vos insipientes estis
et non intelligitis quia omne
quod in os intrat in ventrem
vadit et in latrinam emittitur
que autem procedunt ex ore de
corde exeunt et illa coinquin
ant hominem. De corde enim ex
eunt cogitationes male homi
cidia adulteria fornicationes
furta falsa testimonia blasphe
mie. Hec sunt que coinquinant
hominem. Non lotis autem mani
bus manducare non coinquinat
hominem. Certe iam manifes
tata fallacia convicta discedit
Certe iam clarum est non aliud
de hac re turbis aliud secreto
discipulos dominum docuisse. Certe
sine dubitatione conspicitur ma
nicheos potius esse indoctos atque
fallaces qui nec moysen nec christum nec
testamenti utriusque doctrinam. ibi fi
guratam. hic revelatam. ibi pro
phetatam. hic presentatam. Sed nec
ergo nichil eos catholicos servare
putant que moyses scripsit. cum
omnia prorsus observemus. non
iam in figuris sed in ipsis rebus
quas ille figuris significando
pronuntiavit. Neque enim si aliud
tempus esset scribendi ante legem
dei et aliud discendi scripturam illam
non observare lectorem: quia
et ipse caracteres illos non fa
cit/cum ille finxerit figuras
sonorum ille autem iam sonos ipsos
exprimeret. Illarum ergo figurarum
non formatione occupatus sed
inspectione contentus. Ideo
autem iudei christo non credebant quia
nec illa que moyses non figu
rate sed aperte precepit observabant
Unde illis dicit Decimatis

mentam et cyminum et relin
quentes grauiora legis iudicium et
iudicium liquantes culicem
camelum autem glutientes hec
oportebat facere et illa non om
mittere. Tale est et illud quod
traditionibus docebant quo
infirmaretur preceptum dei quod
deferri honorem parentibus
iusserat. Propter hanc ergo superbiam
et iniquitatem excecati inue
nerunt ut cetera non intel
ligerent, quia ea que intellige
bant impie contempnebant
Videsne quam tibi non dicatur
si christianus non es. Ipse quippe
videris quid de te sentias sen
tiat quisque te ut gentilem aut
iudeum doceri de christo expectes.
Ergo tu neque hic defingi et omnis
tibi aditus erroris quantum
potuit clausus nec illud sinit
patere precipitium qua uos tendi
mittitis dicentes falsa esse in
euangelio sicut nec heresis exi
tum non inuenit ut nobis
nichil remaneat quo uertere
possitis unde christo creditis ubi
uobis hec uox pestilentie non
possit opponi. Cum enim etiam sic
te doceri cupis ut christum
thomas quem christus de se dubi
tantem non est aspernatus sed
quo animi eius languoribus
mederetur corporis sui cicatrices
ostendit. Hec uerba illa sunt bene
ne quod sic te doceri exigis
quam eum uerebar ne hic quoque
mendacio falsum esse contendes.
Crede ergo cicatricibus christi quia
cicatrices ille uere erant uera
etiam illa uulnera fuerant
nec uera uulnera nisi uera
caro habere potuisset. Hoc uerum
totum uerum euertit errorem.
Porro si christus falsas cicatrices
dubitanti discipulo demonstrauit
et ipsum fallaciter ita dicens do
centem et te fallere cupis ita
discentem. Sed quia falli nemo est
qui uelit fallere autem multi no
lunt magis uelle intelligo
exemplo christi fallaciter docere
quam exemplo thome falla
citer discere. Proinde si credis
falsis cicatricibus christum fefel
lisse dubitantem te quis uelit
credere docentem ac non potius
cauere fallentem. Et si ille dis
cipulus ueras cicatrices tetigit
christi ueram confiteri cogeris et
carnem christi. Ita manicheus non
permanebis si sic credis ut
thomas infidelis autem rema
nebis si nec sic credis ut thomas

Faustus disputatio xvii

Faustus dixit. Cur legem non
accipis et prophetas cum christus
eos non se uenisse soluere di
xerit sed adimplere. Quis hoc
testatur dixisse ihesum. Matheus
Ubi dixisse. In monte. Quibusnam
presentibus. Petro andrea iacobo
et iohanne. his quattuor tantum. Ceteros

Vides ne quid tibi non dicatur
Si christianus es et de dictis ... de me sentias
... si christianus non es

eum nec dum elegerat nec ipsum
Matheum. Ex his ergo quatuor
primus unus Iohannes euangelium scripsit.
Ita alicubi hoc ipse commemorat?
Nusquam. Et non ergo quod Iohannes
non testatur, qui fuit in monte,
Matheus hoc scripsit, qui longo
interuallo postquam Iesus de monte
descendit secutus est eum? Sed
propter hoc de hac ipso primo ambigitur
utrumne Iesus tale aliquid dixerit,
quia testis idoneus tacet, loquitur
autem minus idoneus. Verum in
primis fecimus nobis iniuriam
fecisse Matheo donec et ipsum
probemus hec non scripsisse, sed alium
nescio quem sub nomine eius.
Quod docet et ipsa lectionis
eiusdem Mathei obliqua narratio.
Quid enim dicit? Et cum
transiret Iesus, uidit hominem
sedentem ad theloneum nomine
Matheum, et uocauit eum, et
ille confestim surgens secutus
est eum. Et quis ergo de se scribens
dicat: uidit hominem et
uocauit eum et secutus est
eum, ac non potius dicat: uidit
me et uocauit me et secutus
sum eum? Sed quia constat hoc
Matheum non scripsisse sed alium
nescio quem sub eius nomine.
Cum ergo ne quidem si et Matheus
hoc scriberet uerum foret, quia
presens non erat cum Iesus hec
loquebatur in monte, quanto
magis credendum non erit, quia

nec Matheus eadem scripsit, sed
alius sub nominibus et Iesu et
Mathei? Sed quid quod etiam de ipso
sermone quod scripsit: Non putare
quia uenit legem soluere, magis
intelligi datur quia soluerit.
Necesse enim est ut eo tale faciente
Iudei suspicarentur hoc. Possent enim
Nolite inquit putare quia ue-
ni soluere legem dixit. Dominus ergo
si ei et Iudei dixissent: Quid
porro agis tu tale unde hoc
suspicari possimus? An quia
circumcisionem derides, sabbatum
uiolas, sacrificia respuis, con-
fundis cibos? Hec est ergo: Nolite
putare. Sed quid hic implendi?
Unde ne manifestius fieri potuit
ad destructionem legis ac prophetarum
sit, sic hic adimplere est legem
quiderit soluere. Sed quid quod etiam
lex et prophete ne adimpletione
quidem gaudent, adeo sibi plene
inueniuntur et consummati,
quorum auctor ac pater non minus
ei adici indignatur quam de-
trahi, ut scribens in Deuterono-
mio dicat: Sic precepta que
mando tibi hodie obseruabis
ipsa, et tamen ne declines ab
eisdem neque in sinistram neque
in dexteram, nec addas quicquam
eis nec minuas, si in his ipsis
perseuerabis, ut benedicat te Domi-
nus Deus tuus. Sed nunc preter hanc ad-
implendi causam Iesus legi ali-
quid et prophetis adiecit inde ercio

videtur lapsus sive hic de Christo scriptum sit ut destruat iniustitiam. Propterea certe offendit legis auctorem ideo aut aliud aliquid significavit istud aut falsum est.

Augustinus Responsio xvi

Ecce mirabilem insaniam de Christo aliquid narranti nolle credi matheo et velle credi manicheo. Si matheus non interfuit cum Christus diceret non veni solvere legem aut prophetas sed adimplere et propterea non est ei credendum, numquid manicheus interfuit aut iam vel natus fuit cum Christus inter homines appareret. Secundum hanc ergo fidei tue regulam nichil ei de Christo testificanti credere debuistis. Nos autem non propterea dicimus non credendum esse manicheo quia dictis factisque Christi non interfuit et longe post natus est, sed quia de Christo contra Christi discipulos loquitur et contra evangelium quod illorum auctoritate firmatum est. Habemus enim apostoli vocem qui in spiritu sancto tales venturos esse tenebat, unde fidelibus dicebat: si quis vobis evangelizaverit preter quam quod accepistis anathema sit. Iam si nemo de Christo vera dicit nisi qui eum presens vidit et audivit, hodie de illo nemo vera dicit. Porro si hodie propterea de illo a fidelibus eius vera dicuntur quia illi qui viderunt et audierunt vel predicando vel scribendo ea disseminaverunt, cur ex ore iohannis condiscipuli sui non possit vera matheus audire de Christo ubi ille affuit vel ipse non affuit, si ex libro iohannis possumus vera loqui de Christo non solum nos tanto post nati sed etiam post nos alii nascituri. Quemadmodum enim non solum mathei verum etiam luce ac marci evangelium qui eosdem discipulos secuti sunt in non impari auctoritate receptum est. Huc accedit quia et ipse dominus potuit narrare matheo quod antequam eum vocasset cum hominibus gereret quos prius vocaverat. At cum hoc ipse iohannes in evangelio suo ponere debuit si hoc dictum a domino audiebat qui cum diceret presens erat. Quasi vero non potuit ut cum omnia que a domino audierat scribere non posset, cum et alia que pretermisit et hoc pretermiserit, cum in alia scribenda esset intentus. Nam in fine evangelii sui ita ipse conclusit dicens: et alia quidem multa fecit ihesus que si scribantur singula nec ipsum existimo capere mundum qui scribuntur libros. Hic utique ostendit se scienter multa pretermisisse. Quod si de lege et prophetis vos delectat iohannis auctoritas, iohanni credite attestanti legi et prophetis. Ipse scripsit quod ysaias viderit Christi gloriam. Ipsius enim habetis evangelio. Unde iam paulo ante

tractamus si crederetis moysi
crederetis et michi de me enim
ille scripsit. Undique te iam facio
nostra contunditur. Accipite dic-
te non vos credere xpi euangelio. Re-
que in euangelio quod multis
credentibus quod multis non credi-
tis. nobis potius quam euangelio
credentibus. Sed qui elegantem
rem sibi visus est faustus dicere
nisi propterea nolunt non credunt
scripsisse matheum quia cum
de sua electione diceret non ait
vidit me et dixit michi sequere
me. sed vidit matheum et dixit
ei sequere me. Quod nescio
utrum de errore imperitie dixit
an de more fallacie. Sed non usque
adeo imperitum putamus ut
nec legerit nec audierit so-
lere scriptores rerum gestarum
cum suam personam venerit
ita se contexere tamquam de alio
narrent quod de se narrant
Magis ergo hunc arbitror non
ut imperitum sed ut imperitis ne-
bulas ostendere voluisse. speran-
tem se plures esse capturum
quia ista non possent. Et hi-
storia quidem rerum secula-
rium talibus narrationibus repe-
riuntur exempla. sed non opus
est ut ex alio genere litterarum
vel nostros ammoneam vel istum
refellam. Ipse certe paulo ante
de moysi libris quedam testimo-
nia ita proferebat ut non ea
negaret scripsisse moysen. sed tamen
et affirmaret sed ad xpm non
pertinere contenderet. Legant
ergo in eisdem libris que de se
scripsit moyses. utrum ista scri-
pserit dixi aut feci hoc vel illud
et non potius dixit moyses. et
fecit moyses. Aut vocavit me
dominus vel dixit ad me dominus. et non
potius vocavit dominus moysen
et dixit dominus ad moysen et
omnia cetera in eundem modum
Ita ergo et matheus de se tamquam
de alio scripsit quod et iohannes
fecit. Nam circa finem libri sui
etiam ipse sic loquitur. Con-
versus petrus vidit illum discipu-
lum quem diligebat ihesus qui
et recubuit in cena super pe-
ctus eius. et dixerat domine
quis est qui tradet te. Numquid
et hic dixit conversus petrus
vidit me. An forte propterea nec
istum putant hoc euangelium scrip-
sisse. Sed paulo post dicit. Hic est
discipulus qui testificatur de
ihesu. et qui hec scripsit et sci-
mus quia verum est testi-
monium eius. Numquid ait
ego sum discipulus qui tes-
tificor de ihesu. et qui hec
scripsi. et scimus quia verum
est testimonium meum. Certe
manifestum est morem hunc
fuisse scriptorum cum gesta
narrarent. Quam multa et
ipse dominus eadem locutione de se

dicit. Et nisi enumerare suffi
ciat. Cum venit inquit
filius hominis putas in
veniet fidem in terra. Non
dixit enim venero putas in
veniam. Et venit filius ho
minis manducans et bibens
non dixit veniet. Et veniet hora
et nunc est cum mortui
audient vocem filii dei et
qui audierint vivent. Non
dixit meam vocem et multa
huiusmodi. Que iam puto sufficere
que dicta sunt et ad studio
sos commonendos et ad calum
niosos convincendos. Iam ipsud
quam sit infirmum quis non
audeat quod ait non eum
dicere potuisse nolite putare
quia veni solvere legem aut
prophetas non veni solvere sed adim
plere nisi aliquid tale iam
fecisset ut in hanc suspicionem
posset incurrere quasi vero
Iudeis non intelli
gentibus potuisse Christum des
tructorem videri legis et prophetarum.
Sed hoc ipsum est cur ille ve
rax et iustus non potuit de
alia lege et de aliis prophetis
dicere quod eos non solveret
nisi de his quos illi eum
solvere suspicabantur. Quod
hinc etiam satis confirmatur
quia ibi sequitur et dicit
Amen autem dico vobis donec
transeat celum et terra iota
unum aut unus apex non
transiet de lege donec omnia
fiant. Quicumque ergo solverit
unum de mandatis istis mini
mis et docuerit sic homines
minimus vocabitur in regno ce
lorum. Qui autem fecerit et
sic docuerit magnus vocabitur
in regno celorum. Phariseos
enim cogitabat cum ista diceret
qui solvebant legem factis
et docebant verbis. De quibus
alio loco dicit Que dicunt
facite que autem faciunt facere
nolite. Dicunt enim et non
faciunt. Propterea et hic ita
sequitur Dico enim vobis nisi
habundaverit iustitia vestra plus
quam scribarum et phariseorum
non intrabitis in regnum
celorum. Quam ergo legem
docebant pharisei et non faci
ebant, ipsam dicit Christus non
se venisse solvere sed adimplere
quia ipsa pertinet ad cathedram
Moysi in qua sedentes pharisei
et dicentes nec facientes au
diendi sunt non imitandi. Sed
intelligit Faustus aut forte
se fingit non intelligere quid
sit implere legem cum hoc
de verborum adiectione putat acci
piendum, quia scriptum est
ne quid addatur scripture dei
vel detrahatur. Non dicit non
debuisse adimpleri quod ita
perfectum commendatur ut nihil

addendum, id est quae minus essent sit
Restat ergo isti quod adimpleat
legem qui sic venit ut lex
propter plenitudinem autem legis ca
ritatis sicut dicit apostolus. Istam caritatem
dominus exhibere et donare dignatus
est mittendo fidelibus suis spiritum sanctum.
Unde item dicit apostolus: caritas dei dif
fusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis. Et ipse
dominus: in hoc scient omnes quia dis
cipuli mei estis si vos invicem dili
gatis. Implentur ergo lex vel cum fiunt
quae ibi praecepta sunt, vel cum exhibentur
quae ibi prophetata sunt. Lex gratia et
veritas facta est. Gratia per plenitudinem adim
plendis caritatis plenitudinem, veritas ad prophetarum
adimpletionem. Et quia utrumque
per Christum ideo non venit solvere legem
aut prophetas sed adimplere, non ut legi
adderentur quae deerant, sed ut fierent
scripta erant quod ipsa eius verba testantur:
Non enim ait: iota unum aut
unus apex non transiet a lege donec
addantur quae desunt, sed donec omnia
fiant. Disputatio xviii

Faustus dixit: Non veni legem
solvere sed adimplere. Et cum hoc
nisi aliud forte significat a Christo dictum
credere non minus et genitum sciat esse
quo usque circumcisus sabbata ob
servare coactus est quia Christum in destru
ctione legis et prophetarum venisse
putamus. Catholicus: si tu verbo interim
fateris non venisse, at tu id operibus in
dicas. Quantum enim est operis legis ac prophetarum
praecepta et ipse contempnis. Unde quod

novum testamentum Iesum condidisse ut
ique fatemur. Quod quid aliud
quam destructionem fateri veteris testamenti?
Catholicus: nec tamen ita sit quod Christum illud
dixisse credimus, aut nosmetipsos
dampnemus stulte imperitiae opinionis
et ad plenitudinem recurramus
observantiam legis denique ergo ac
prophetis, quorum cuncta qualia
fuerint observare mandata.
Catholicus: Quod cum secus sit, denique
ne credidimus dixisse Iesum: Ego
non veni legem solvere sed adim
plere, aut falsum est, aut certe
tu id credis de quo me flagitas.
Catholicus: Esto, licuerit imperitis
errasse. Quid nunc tandem placet?
Ne tu sub legem sis? Si enim Christus
non eam solvit sed adimplevit. Placet
circumcidi, id est pudendis insignire
pudenda, et deum credere sacramentis
talibus delectari? Placet sinistre
sabbatorum otium et Saturni
manibus inservire catenis? Placet
ingluviem Iudaeorum daemonis
eius cum deo nunc tauris, nunc
arietes, nunc etiam hircos, ut non
et homines dicam cultibus sternere
ac per hoc idola sumus expositi? Id
nunc exercere crudelius sub
prophetis ac lege. Placet denique
discretionem ciborum, qui existant
munda, qui immunda et con
taminata esse, ex quibus in
quinationem potissimum lex asserit
et prophetae. Catholicus: Certe quibus profecto horum celeritas
satis est, dum nobis volentibus persolvere

rare esse quod sumus. quamquam de
Christo dicente audias dupliciter
filium gehenne fieri eum qui
fuit circumcisus. sabbata non nec
ipsum servare videas nec ipsi
mandasse servandum. de cibis
vero ipsum asserentem audias
nullo coinquinari hominem
que in os ingrediuntur sed ea po-
tius que de ore procedunt pollui.
De sacrificiis vero frequenter ipsius
et suum deum nunc nolle et non
sacrificari. Hec igitur si ita sunt, non e-
rit non eum venisse solvere legem
et prophetas sed adimplere. aut si di-
xit aut aliud significans dixit
aut quod absit mentiens dixit. aut
omnino non dixit. Sed primum quidem
minime quod nullus dicat dum-
taxat christianus, ac per hoc aut aliter
dictum est, aut omnino non dictum est.
Sed me quidem iam adversus capituli
huius necessitatem manicheorum fi-
des reddidit tutum, que principio
michi non cunctis que ex salvatoris
nomine scripta leguntur passim cre-
dere persuasit sed probare. si sint eadem
vera, si sana, si incorrupta. esse
enim permulta zizania que in-
tegumentum boni seminis scripturis
pene omnibus doctrina quedam
seminator inspersent. Ideoque
me ne id quidem terrent
huiusmodi sermonis venerandi nominis,
prescribat inscriptionem quia probat
iam adhuc expositio licet iterum
ne et hic insidiam satanas

et bonum sit an doctum illius et
pessimum. Tu vero qui temere omnia
credis, qui nature beneficium
rationem ex hominibus dampnas
cum inter verum falsumque iudicare
religio decernum bonum a contrario separ-
rare non nimis formidinem est
quam infantibus inanie, quid
facturus eris cum te in capituli
huius angustia necessitatis coget
dico autem cum te inducis seu quo
alterum sermonis istius non minus in-
pellabile. Quod ita legis et pro-
phetarum precepta non servas, cum Christus
eadem non se venisse solvere dicat
sed adimplere. Ergo cogeris aut
vane superstitioni succumbere, aut
capitulum presens falsum, aut te
Christi negare discipulum. Responsio xx
Augustinus. Dixi iam totiens
ac quotiens quia repetitio nos-
tra quamvis ea quantumvis repetere
non pigebit. Ea tamen ex lege et
prophetis non facimus quibus significata
sunt ista sed facimus. Illa quippe   a
erant figure futurorum que rebus
ipsis per Christum revelatis et presen-
tatis auferri oportebat, ut eo
ipso quo hec ablata sunt
lex et prophete implerentur. Ibi quippe
et hoc scriptum est daturum deum
testamentum novum non quale dedit
patribus eorum. Populo enim
ille per duro corde lapideo multa
precepta magis sibi congrua quam
bona accepit, quibus tamen signi-
ficarent et prophetarent futura

si aut intelligentibus celebrabantur. Cum
autem venit et patefacta sunt que illis
significabantur, non iam illa imbecilli fa-
cienda sed leguntur intelligenda. Vnde
ibi debat etiam consequenter dicit. Auferam
eis cor lapideum et dabo eis cor
carneum, id est non cor sine sensu sed cor
cum sensu, quod vocat apostolus cum
ait non in tabulis lapideis sed in
tabulis cordis carnalibus. Quid
enim aliud dixit quam cor carneum
carnalia. Ergo et hic predictum erat ista
que si ista de ista celebratione non
auferrentur non impleretur lex et prophete
quia non fieret quod predixerant. Cum
non et hic fit. Non potius intelligimus
adimplere. Vnde nos videntur
qui non adimplere. Nec nos terret in-
sultatio tua quod sabbatorum ocium
caternas saturninas appellas.
Vana est enim et inepta nec tibi
hic dicta venisse in mentem, nisi quia
nos videtis que dicunt solis sole
colitis. Sic autem nos eundem diem domi-
cum dicimus non quod non istum solem
sed resurrectionem domini veneramur.
Sic ocium sabbatorum sine saturni ve-
neratione a patribus observatum
est, tunc sic illud observare oportebat.
Erat enim umbra futurorum sicut
apostolus testis est. Diebus quippe istis
quorum septenarius volvitur in orbe
vidit deorum suorum nomina gentes
imposuerunt deorum. Ait apostolus quia
coluerunt et servierunt creature potius
quam creatori. Hos nos in hac parte etiam
vos imitamini, nisi quod cum eis

pudiciora duo sunt certa non si
dea non cum eis adoratis. Sed et men-
sibus imposuerunt nomina deorum
suorum propter honorem. Quippe romanum
li quia cum martis filium crederet
primum mensem marti dedicatum
marcium vocavit et cum aprile
nullo dei sui nomine sed terre ipsa
quasi aperilem quod tunc semina ter-
minis aperiuntur in flore. Deinde
tertium mensem maium quasi maiam
mercurii matrem deam colebant
quintum iunium a iunone. Deinde ce-
teros usque ad decembrem a numeris
nominatum sed exceptis quintilis
autem sextilis nominibus hominum
quibus divinos honores deferre
nerat appellati sunt iulius
et augustus. Deinde septimus
september et ceteri ut dixi usque ad
decembrem numerorum ex ordine nominibus
enunciantur. Porro ianuarius
a iano appellatus est, februarius
a februis sacris lupercorum, cultibus
que ut nos dicimus in mense
marcio martem colentes. Illa enim
mense bestia vivis cum magna
festivitate celebrantur. Num qui
nobis in mense marcio licere
arbitramini aliud considerare
non martem, cur erubescis septimo
quod sabbatum antiquitus nominatum
est dixerint saturnum
importare conamini, quia
enim diem saturni gentes
appellaverunt. Tempora indictas
cum quanta impietate delectis

De sacrificiis autem animalium quis
nostrum nesciat magis ea prauis
populis congruenter imposita quam
deo desideranti oblata. Sed tamen etiam
in his figure nostre fuerunt. Quia nostra
emundatio et dei propiciatio nobis
sine sanguine nulla est. Sed illarum
figurarum ueritas christus est cuius san
guine redempti et mundati sumus.
Sed in insignibus eorum dominus
et taurus dictus est christus uirtute
crucis sue cornibus impios uen
tilauit. Et aries propter innocentem
preparatum. Et hyrcus christus simi
litudine carnis peccati ut de peccato
damnaret peccatum. Et si quod
aliud sacrificii genus expressius
commemoraueris meo quoque te prius
propheta esse monstrabo. Sed nec etiam
sine circumcisione sine sabbatis sine
differentia ciborum sine immolatione
sacrificiorum omnia ista figure nostre
fuerunt et prophetie. Quas nos plane
non adimplere nemo. Cum ea que
his prenunciabant impleuit.
Deinde cum totiens dicam
apostolo exemplo dico omnia hec
figure nostre fuerunt. Sicut
te manicheus impietas docuit
prauitatem, ut ex euangelio quod
heresim tuam non impedit hoc
accipiatis quod autem impedit non
accipiatis. Sic nobis apostolus docuit
pia prouisione ut quicumque
nobis annunciauerit preter id quod
accepimus anathema sit. Quia
christi catholici et nos ut ziza
nia nunciant quia dominus exposuit
quid sit zizania non aliqua
falsa uerba scripturis immixta sicut
tu inspiratus sed homines filios ma
ligni, id est imitatores diabolice
falsitatis. Nec omnia temere cre
dunt. Et ideo manicheis hereticis
non utique credunt. Nec
rationes ex hominibus dampnant sed
quas uos dicitis esse aliquas errare
se cognouerint. Aut uirum suum in
dicare impium putat. Ideo uestram
sectam falsissimam fidam autem catho
licam meditant. Nec bonum ergo
separare formidant sed malum non
esse naturam ex eorum uiam esse intel
ligunt. Nec gentem uestre quam
tenebrarum adversum diuinum
regnum in principio nascentem
et rebellantem, quem ne amplius
formidine intulit deo uestro quam
infantibus maiore tempore quem
dicitis ne sua membra illius impe
tu capta et uastata conspiciat.
Nichil eorum se posuisse. Proinde
nullas ex hoc capitulo patiuntur C
angustias. Quod enim legis et
prophetarum precepta non fuerunt, quia
et gratia hec sunt licitam caritatem
dei et proximi in quibus duobus
preceptis tota lex pendet et prophete
et quecumque ibi uel rebus gestis
uel sacramentorum celebrationibus uel
locutionum modis figurate prophetata
sunt, ipsa et etiam impleri
agnoscimus. Quia nec nunc super
sticioni succumbimus, nec illud

evangelii capitulum falsum esse dicamus
nec Christi discipulos negamus quod
ea ratione veritatis qua prioribus maio-
ribus docens exposui non alias
legem nec alios prophetas quam quos
catholica tenet auctoritas non
venisse solvere sed adimplere

Faustus disputacio xix
dixit Non veni solvere
legem et prophetas sed adimplere
ecce iam confessio dicti. Ve-
venditum tibi est cur hoc dixit Ihesus
utique compescendi Iudeorum
furoris causa quia idem sacrosancta
sua ab eodem conculcari videntes
indignarentur eumque acsi impium
ac male sanum nec audiendum
quidem existimarent. nec dum sequente
dum tamen ut nos qui ei crede-
bamus ex gentibus instituerat ac
informaret patientes ac morigeros
mandatorum subire iugum quod
cervicibus nostris imponeret Iudeorum
ac prophetarum. Et hoc quidem nec temporum
putare credos. Ceterum non enim Ihesus
hoc nobis preciperet ut nos He-
breorum legi addiceret aut prophetis
At vero si hec non fuit causa
dicendi illa alia quod esse quere
dicendum. Videlicet Iudeos enim vos scitis acriter operibus
Christi vehementer insidiatores esse ne-
mo qui nesciat. Ex quibus enim
idem colligerent legem ac pro-
phetas suas ab eodem solvi in-
dignarentur necesse esset ac prorsus
reprimendi furoris eorum gratia
non absurde fuit dixisse non impu-
tarent quia venisset legem solvere
sed adimplere. Verum et hic ipsum me-
titus est nec fefellit. Indifferenter
enim et absolute nominavit
legem. Sunt autem legum genera
tria. Unum quidem Hebreorum quod
peccati et mortis Paulus appel-
lat. Aliud non gentium quod naturale
vocat. gentes enim inquit naturaliter
que legis sunt faciunt et eius-
modi legem non habentes ipsi sibi
sunt lex qui ostendunt opus
legis scriptum in cordibus suis
Tercium non genus legis est
veritas quod presumens apostolus
dicit lex enim spiritus vite in Christo
Ihesu liberavit me a lege peccati
et mortis. Tribus ergo existen-
tibus legibus et ubi asseverat
nobis quia non veni solvere legem
sed adimplere non parva cura
ac diligentia opus est de qua
eam dixisse intelligamus. Item prophete
alii sunt Iudeorum alii gentium
alii veritatis. Et de Iudeorum quidem
nullus ambigeret notum est enim
De gentibus vero si quis ambigit
audiat Paulum qui scribens
ad Titum de Cretensibus ita dicit
dixit quidam ex ipsis eorum propheta
Cretenses semper mendaces ma-
le bestie ventres pigri. Unde
dubitandum non est et gentes
suos habere prophetas. Secundo et
veritatem habere prophetas suos tamen
idem Paulus significat qui
etiam Ihesum quidem ita dicit Ecce

mitto ad uos sapientes et prophetas
et ex ipsis interficietis in singu-
lis locis. Quamuis non tamen dicit
ipse dominus constituit primo apostolos
deinde prophetas. Lege non tripertita
tripertitis prophetis / de quo uero chri-
stus dixit non liquet. Est tamen
commune et consequentibus. Est enim
si circumcisionem scilicet nominaret
et sabbata et sacrificia et ob-
seruationes hebraicas, neque
eas aliquid adimpletionis gratia
praemisisset / dubium non erat quia
de iudeorum lege dixisset et prophetis
quoniam eos non solueret uenerit sed
adimplere. Verbi non haec quidem
inde mouerat / sola non retexuisset
antiquiorum praecepta scilicet non occides
non moechaberis. Haec et alia erant
antiquitus in nationibus. Que
est in principio publicata olim pro-
mulgata per enoch et seth
et ceteros eorum similes iustos
quibus eadem illustres tradide-
runt angeli temperande in
hominibus gratia et uirtutis / ut
non uideatur hic eum de iudaicis
dixisse lege et eius prophetis. Quo-
niam etiam adimpleta probantur
eius certa haec eadem quam
praemisit. Primo enim dicit uos
audistis dictum esse non moecha-
beris, ego autem dico uobis ne
concupiscatis. Quidem adimpleto
est. Audistis quia dictum est an-
tiquis non occides / ego autem
dico uobis ne irascamini. Haec

adimpletio est. Quibus enim et pro
roborat et quod eis deerat adiciat.
Verum non uideor quaedam in suis esse
nominasse illa quidem nec ad-
impleuit sed etiam penitus era-
dicauit praeceptione contrariorum.
Namque enim scriptum: Audistis dic-
tum esse oculum pro oculo dentem pro dente / ego
autem dico uobis qui te percusserit
in maxilla praebe illi et alteram.
Hic iam destructio est. Dictum
est inquit amabis amicum et
oderis inimicum tuum / ego autem
dico uobis amate inimicos uestros
et persecutoribus uestris orate. Dictum
est qui uoluerit uxorem dimitte-
re det ei repudium / ego autem dico
quicumque uxorem suam dimiserit
excepta causa fornicationis
et ipsam moechari facit et is erit
moechus si postea alteram duxit.
Haec igitur sunt de manifesto mo-
sesis praecepta ideo destructa illa
ueterum iustorum / et obscure imple-
ta. Quare non sunt et si ita intelligere
placet non absurde erit / et illud
dixisse Iesum quia non ueni sol-
uere legem sed adimplere. Nam
hec si tibi mea displicet expositio
aliam quaere / tu ne Iesum mentitum
dicere cogaris / aut te nescisse
sic iudeum sicut ne etiam legem
soluere praeceperis cum ipse non
soluit. Et tu sic si in nazareorum
obiceret quisquam / quos alii sim-
machianos appellant / quod enim
Iesus dixit non se uenisse solue-

legem aliquibus professionem inta-
tus quod ei respondere. Ut et in
mito ... enim ... mire ...
animo simul lege oppositus ac
prophetis. Eram huiusmodi quos nolet
circumcisionem portavit et observat
sabbatum et porcina ac re
liquis abstinet huiusmodi que pre
cepit lex sub ... nominis
professione decepti. Etiam ipsi ut
michi dabat hic ipso capitulo quo et
tu quia Christus non ad solvendam
legem se venisse dixit sed adim-
plendam. Verum ut tu talibus
essem non pusillum ut dixi. Etenim
donec capitulum huius ante mo
lestiam demoliretur. Tibi non ne
quaquam congerendi inertia multis
officio viribus et imprudentia
potius lacessenti et facilius tem
peranti. Me puto absit a te quam
tagi ut credas dixisse Christum ad
ueret te videns credidisse. Licet enim
quicumque corde proferens quibus lex
et prophete non solum videantur sed
adimpleri. Me tamen de fide
obiurgabat ac pravaricatorem crebro
obiectione capituli. Nam et tu
iam detruncator ...
ab isto illo signaculo glorians
tamen videris aut nazarenus.
Non superfluum de observatione eorum
sabbatorum. Nam de porcine abstine
ntia et ... gaudebant. Nam demum
domestica matrimonii sanguine et ho
locaustorum nidoribus videtur
te exsaturasse dominum exultabat.

si hoc fecisti mecum. Quid ita Christum
non venisse legem solvere sed adimplere
contendis. Certe ut videsne
tes ego preceptori meo refero
gratias qui me simulter labente
retinuit ut essem ut hodie
christianus. Eram ego quoque in
capitulum hic imprudens legem
quemadmodum tu ponere. Eram
inconsultum videns fieri. Licet enim
multo etenim si Christus legem
non venit solvere sed adimplere
adimpletio autem nunc quasi
manifeste sed in quo solum in
videbatur israhelita posse. Eam
fieri quam rescritis maxima ex
parte lege ac prophetis ad Christum
veniret replendus coruinus
adhuc videtur esse capaciorem,
tum et ipse potius non solvet. Aliquin
uet ita enim adimpletio hec
esset sed exhaustio. Et ego et
gentibus venientis intassimum
me accepisse putabam ad Christum
quia nichil tale afferrem quod
nunc desunt possum obiectionibus
adimpleri. Sed uerum quo que
nam esset illa porro mensura
in quo sabbata penthecosten
sacrificia, neomenias ac bapti
smata, xerophagias ciborum
discretiones potium vestimentorum
et alia que prave longum est
Arbitratus quo sum hic esse nec
aliud quicumque quod se Christus
non se venisse solvere dixit sed
adimplere. Licet in multo quidem

lex sine mandatis sermo prophetarum
sine prefationibus. Ad hec inuenio
etiam cumulatum illic inditum
maledictum aduersus eos qui
non permanserint in omnibus que
scripta sunt in libro legis illius
ut faciat ea. Et illud ergo ma
ledictum metuens tamquam
dei et hunc Christum tamquam eius
filium dicentem audiens quia eam
non uenit eandem soluere sed ad
implere, unde quid impedire
iam poterit quin factus essem
iudeus. Sed hinc periculo me
manichei ueneranda fides
eripuit. Tu tamen quid fiducie
generis huius obiectas quero cum
quare te contra me id esse putes
solum quia tibi non minus uideri
esse contrarium. Si enim non est salue
legem et prophetas uti quam uel pa
ganorum. Cur ergo nos eadem sol
uimus? Nam sic ipsi fatemur nos
non esse iudeos. Cum id legi et
prophetis omnibus sacrosanctum illum
sabbatorum diem, in quo et mundi
ipsum opificem deum requiem
se testantur, nos eum otio pro
fanatis, nec pene mortis
quam aduersum uiolatores
eius statuit, nec maledicti
pertimescentes infamiam. Cum id
et a circumcisionis dedecoroso
illo signaculo lege ac prophetis
omnibus honorato et in arce
abrahe post optimatum sibi
fidem singula defenditis iudeos

presertim cum et pecuniam omnem
de plebe sua prohibeat uideamur,
deus quamquam non illa fuit igno
minia presignatus. Cur et sa
crificiorum legitima que uel
moyses ac propheta sub lege uel sub
fide sua in secundis habuit ab
raham nos spernitis? Cur non
et ciborum animas inertia po
llutis nobis si hec ut credidit
omnia Christus non uenit soluere
sed adimplere. Cur et azimorum
annuusale ius et mactationis
agnine sacrum quia metuimus
seruare lex et prophete precepit
nos in platis. Cur denique neo
menias et baptismata et sce
nopegia ac reliqua huius
legis et prophetarum sacramenta
cerimonialia partim demitatis spiritu
tes, si eadem Christus minime
destruxerit. Cetera uero non in multo
dixerim quia si multis ut uario
nobis contemptus istius constet, oportet
aut nos negare Christi esse disci
pulos, aut tandem fateri ipsum
omnia hec destruxisse. Porro
quod cum fuerit confessi tunc
et illud accipimus ut aut falso
fateamur scriptum esse, tamquam
idem dixit non se uenisse sol
uere legem sed adimplere, aut uel
ideo quid hoc longe aliud quam
nos putatis signasse. Respon
Augustinus ¶ sio aug' xix
Arma iam consentis di
xisse Christum non uenisse legem soluere

aut prophetas sed adimplere. dicturum enim
tibi inde adversum euangelicam au-
ctoritatem venire. solum etiam tibi
inde causa veniret adversus apostolum di-
centem omnia haec in figura nostri fiunt.
Quid dicente de Christo quia fuit
etiam et non sed etiam in illo erat.
quotquot enim promissiones dei in illo
etiam i. in illo exhibitae in illo
adimpletae sunt et sine caligine
inclaruisset quia legem adimplere
venit et eam quo pacto adim-
plere venit nec pergis extendi
ipsam quam legis et terram quam prophetas
quaerens quia errabas et non in-
veneris. manifestum est enim
et luce clarius hoc etiam novi
testamenti scriptura saepe testatur
quam legem et quos prophetas quae-
ris non venit solvere sed adim-
plere. Ipsa est enim lex quae per mo-
ysen data gratia et veritas per Ihesum
Christum facta est. Ipsa est inquam lex
per moysen data de quo ipse ait
de me enim ille scripsit. de eius
ipsa est lex quae subintravit ut
habundaret delictum quod ad
eius reprehensionem nisi intellige-
ntes more tuo convertis. Ubi
ergo lege et inde quia ipsa est
de qua dicit: Itaque lex quidem
sancta et mandatum sanctum et iustum
et bonum. Quod ergo bonum est
mihi factum est mors? absit. sed pec-
catum ut appareat peccatum per bonum
mihi operatum est mortem. Legem enim
lex iubeat delictum ut illa sub-

intrante habundaret delictum
sed superbos sibi multum tribuentes
mandati sancti et iusti et boni
adiectio reos etiam praevaricationis
effecerat ut eo modo humiliati
discerent ad gratiam pertinere per fidem
ut iam non essent legi subditi
peccatum sed legi sociati per iustitiam.
Idem quippe apostolus dicit: Prius
autem quam veniret fides sub le-
ge custodiebamur conclusi in eam
fidem quae postea revelata est. Itaque
lex inquit pedagogus noster erat
in Christo Ihesu. Sed postea quam venit
fides iam non sumus sub peda-
gogo. quia nos reatus legis
non obligat iam per gratiam libe-
ratos. Et tamen quia hanc spiritalem
gratiam antequam humiliaretur su-
perbia mortificabat nos littera
iubens quod non possemus implere
propterea idem dicit. Littera enim occidit
spiritus autem vivificat. Rursus
eiusdem apostoli verba sunt: Si enim
data esset lex quae posset vivificare
omnino ex lege esset iustitia. Sed con-
clusit scriptura omnia sub peccato
ut promissio ex fide Ihesu Christi daretur
credentibus. Item ipsius verba sunt:
Quod enim impossibile erat
legis in quo infirmabatur per
carnem deus filium suum misit
in similitudine carnis peccati
ut de peccato damnaret peccatum
in carne ut iustitia legis im-
pleretur in nobis qui non secundum
carnem ambulamus sed secundum spiritum

Ecce quod est non venit solvere legem
sed adimplere. Nunc lex enim sup-
bos etiam prevaricationis reatu
devinxit augendo peccatum cum
iubet quod impleri non possunt.
ipsius legis impletur iusticia
per graciam spiritus mitibus quam dis-
cunt ab eo quod mitis esset et hu-
milis corde qui venit non
legem solvere sed adimplere. Cum
quia etiam sub gracia positis
in hac mortali vita diffici-
le est omnimodo implere quod
in lege scriptum est non concu-
pisces ille per carnis sue sa-
crificium sacerdos effectus impe-
trat nobis indulgenciam etiam
hinc adimplens legem, ut
quod propter nostram infirmitatem
minus possumus, per illius
perfectionem recuperetur cuius
capitis membra sumus effecti.
Unde Iohannes dicit Filioli hec
scribo vobis ut non peccetis.
Et si quis peccaverit, advocatum
habemus apud patrem Ihesum Christum
iustum, ipse est exoratio pro
peccatis nostris. Prophecias autem
sic adimplevit quia in eo omni-
bus facta est promissio dei. Dicit
Paulo autem exemplo commemorans
dicente quotquot enim promissionum
in illo etiam. Item Romanus dicit
Dico enim Christum ministrum fuisse
circumcisionis propter veritatem dei
ad confirmandas promissiones
patrum. Quod ergo mysteriis sive

apte sive per figuratas vel locutionum
vel actionum promittebatur in illo
adimpletum est, qui non venit
solvere legem et prophetas sed adimplere.
Hoc autem nos intelligimus, quia
si quedam sacra et celebrationes
que figure erant ventura
prenunciantes, adhuc agitamus si
erant mihi significarent non adhuc
venisse que figuris prenunciabantur.
Quod enim adhuc venturum pre-
nunciat, aut nondum venit, aut
si iam venit superfluo vel fallaciter
prenunciat. Quapropter vii nobis
videtur non impossibile prophetas
quia non fiunt a nobis quedam
que per prophetas ab Hebreis ut fierent
instituta sunt, inde potius probari
implesse Christum adeo enim quicquid
per huiusmodi figuras prophetabatur
impletum est, ut iam per illas
non prophetetur. Ubi pertinet etiam
quod ipse dominus ait Lex et prophete
usque ad Iohannem. Lex enim que pre-
varicatores habundantius re-
atu concludebat in eam fidem
que postea revelata est, gracia facta
est per Ihesum Christum per quem superha-
bundavit gracia, ac per hoc imple-
ta est per graciam libertate que
non implebatur per legem iubente.
Item in ipsa lege universa prophecia
que non verbis sed etiam quarum-
dam actionum figuris salvatoris
promittebat adventum, veritas
facta est per Ihesum Christum. Lex enim
per Moysen data est, gracia autem

et veritas per ipsum facta est / Ex cuius
adventu iam regnum dei cepit
annunciari quia et lex et prophe-
te usque ad Iohannem / lex ut reos faceret
qui desiderarent salutem / prophe-
te ut promitterent salvatorem / Ce-
terum prophetas alios extitisse in
ecclesia post ascensionem Christi quis
nesciat / De quibus paulus dicit
et quosdam constituit in ecclesia
primum apostolos secundo prophetas tercio do-
ctores etc. / Prophetia itaque de illis
dictum est lex et prophete usque ad
Iohannem / Scilicet de hiis qui primum Christi
dei adventum prophetaverunt qui
adventus impletus non utique
adhuc posset prophetari / Secundo
cum queris cur iam non circum-
cidatur carne christianus quia
id quod eadem circumcisione prophe-
tabatur iam Christus implevit
expoliatio enim carnalis generationis
a domo que in illo facto figura-
batur iam Christi resurrectione
adimpleta est / et quod in nostra re-
surrectione futurum est sacramento
baptismi commendatur / Iam neque
penitus auferri debuit novae
vite sacramentum / quia restat ad-
huc in nobis futura resurrectio
mortuorum et nunc eius tamen
idem succedente baptismo
debuit quiescere / quia si iam
factum est quod tunc futurum
erat / ut future vite etiam
in resurrectione Christi nobis preberetur
exemplum / Cum queris

sabbati ocium cur non observat chri-
stianus si Christus non venit legem
solvere sed adimplere / respondeo
immo id propterea non observat christianus
quia quod ea figura prophetaba-
tur iam Christus implevit / In illo
quippe habemus sabbatum qui dixit
venite ad me omnes qui labo-
ratis et onerati estis et ego
vos reficiam tollite iugum meum
super vos et discite a me quia
mi. s. et h. c. et i. r. a. v.
Cum queris quare christianus
non abstineat a quibusdam cibis
que in lege precepit si Christus
non venit legem solvere sed
adimplere / respondeo immo propterea
id non observat christianus quia
quod illis figuris prophetabatur
iam Christus implevit non ad
mittens ad corpus suum quod
corpus in sanctis suis adunata
etiam peregrinatur / quicquid
per illa animalia in moribus ho-
minum significatum est / Cum queris
quare christianus animalibus immo-
latis carnis et sanguinis sa-
crificia offerat deo si Christus non
venit legem solvere sed adim-
plere respondeo / immo propterea
magis christianus iam offerre
non debet quia ea que talibus
rerum figuris illi prophetabant im-
molatione carnis et sanguinis
suam Christus implevit / Cur queris
cur non azimis pascha ce-
lebret christianus / si Christus non

venit legem solvere sed adimplere
respondeo immo propterea magis
haec non observat christianus quia
quod illa figura prophetabat expurgatione
vetustatis vite fermento novam vitam
demutans Christus implevit. Cum
quaeris cur de carne agni christianus
pascha non celebret si Christus non venit
legem solvere sed adimplere respondeo im
mo propterea christianus iam sic pascha
non celebrat quia id quod illa figura
pronuntiabat agnus immaculatus
sua passione Christus implevit. Cum quaeris
quare ob tantam neomenias
in lege mandatas non celebret
christianus si Christus non venit legem solvere sed ad
implere respondeo immo propterea iam
christianus ista non celebrat quia
propter quod pronuntiandum celebra
batur iam Christus implevit. Celebra
tio enim novae lunae pronuntia
bat novam creaturam de qua
dicit apostolus Si qua igitur in Christo nova
creatura vetera transierunt ecce
facta sunt nova. Cum quaeris cur
illa singularum quarumcumque im
munditiarum baptismata quae in lege
praecipiuntur non observet christianus
si Christus non venit legem solvere sed adimplere respondeo
inde potius haec non observare christianum
quia figurae futurorum erant quae
Christus implevit. Venit enim
consepelire nos sibi per baptismum
in mortem ut quemadmodum
Christus surrexit a mortuis sic
et nos in novitate vitae am
bulemus. Cum quaeris quid causae

cur scenophegie non sit solemni
tas christianorum si lex a Christo adimpleta
est non soluta respondeo tabernaculum
dei fideles eius esse in quibus caritate
sociatis et quodammodo compactis
habitare dignatur et ideo magis
illud non observari a christianis quia
iam Christus in ecclesia sua quod illa sce
nophegie promittebat implevit.
Et nunc quidem ista per suscepto
negocio non nec silentio praetereuntur
quanta potuimus brevitate per
strinximus. Ceterum membratim
articulatimque discussa libros magnos
multosque fecerunt nichil aliud
invenientes quam Christum prophetatum osten
dentes. Ita fit ut omnia quae
ex illa scriptura propter praeteritas
non observantur a christianis quod ea
Christus solverit sed propterea potius hodie
non observantur a christianis quod
ea Christus implevit. Ipsa quippe
talium significationum observatio pronunti
atio futuri erat. Quid mirum
est quam absurdum immo quid
non congruum et consentaneum
si post eius repraesentatum adventum
quidquid ideo fiebat ut eius
pronuntiaret adventum figuris
legis rerum quae adhuc observabantur
ut ipsa etiam observatione ven
turus Christus praediceretur, nisi forte
adeo non deinceps propterea putari Christus
adventum non implesse quia illo
veniente non observabantur sed
nunc iam perducta et impleta ad
huc observarentur. Cum nullum au

nomine religionis seu verum seu
falsum coagulari homines pot-
erunt nisi aliquo signaculorum vel sa-
cramentorum visibilium consorcio
colligentur. Quorum sacramentorum vis
inenarrabiliter valet plurimum
et ideo contempta sacrilegos facit.
Impie quippe contempnitur
sine quo non potest percipi pietas. Cum tamen
quia visibilia sacramenta pie-
tatis, hec possunt etiam impii sic
habuisse sicut baptismum etiam
Symonem magum legimus. Sunt
tales quales apostolus ait habentes
formam pietatis virtutem autem eius
abnegantes. Virtus autem pietatis
est finis precepti id est caritas de corde
puro et consciencia bona et fide non
ficta. Unde apostolus Petrus cum
de sacramento arce in qua domus
a diluvio liberata est loqueretur:
sic et vos inquit simili forma
baptisma salvos facit. Et ne
sibi sufficere putarent visibile
sacramentum per quod habebant
formam pietatis et per malos mo-
res perdite vivendo virtutem eius
abnegarent continuo subiecit:
Non carnis depositio sordium sed con-
sciencie bone interrogatio. Proinde
prima sacramenta que observabantur
ex lege prenunciativa erant
Christi venturi, que cum suo adven-
tu Christus implevisset ablata sunt
et ideo ablata quia impleta.
Non enim venit solvere legem sed
adimplere. Et alia sunt instituta

virtute maiora, utilitate me-
liora, actu faciliora, numero pauci-
ora tamquam iusticia fidei reve-
lata et in libertatem vocatis fi-
liis dei iugo servitutis ablato
quod duro et carnali dedito populo
congruebat. Quantum si antiqui
iusti qui sacramentis illis intelli-
gebant non tantum prenunciari
revelationem fidei que licet
adhuc operta et abscondita tamen
vera tamen pietatis intellecta etiam
tunc ipsi videbant quia in
hac vita nemo esse potest nisi
iustus qui ex fide vivit. Er-
go antiqui iusti pro illis prenun-
ciativis sacramentis et rerum
nondum impletarum signis
omnia dura et horrenda per-
peti parati fuerunt et plerique
perpessi sunt sicut tres pueros
Danielemque predicamus quia de
mensa regis contaminari no-
luerunt quod erat contra illius
temporis sacramentum sicut Machabeos
cum ingenti admiratione
predicamus quia escas quas nunc
christiani licite vescuntur attingere
noluerunt quia tunc pro prophetico
non licebat quanto magis nunc
pro baptismo Christi pro eucharistia Christi
pro signo Christi ad omnia perferen-
da paratior debet esse christianus
cum ille fuerint promissiones rerum
complendarum hec sint indi-
cia completarum. Et nunc enim
adhuc promittit ecclesie id est corpori

ceteri
christi manifestatione predicatur
et in ipso capite corporis salvatore
in ipso mediatore dei et hominum
homine christo ihesu. iam utique
completum est. Quomodo enim pro
mitteretur nisi in vita eterna ex resur
rectione a mortuis. hoc iam
completum est in illa carne quod
verbum factum est et habitavit
in nobis. Tunc ergo et occulta
erat fides. nam eadem credebant
eademque sperabant omnes iusti et
sancti et temporis illorum et promissa
erant illa omnia sacramenta
congruentia illi tempori. Nunc
autem revelata est fides in quam
conclusi erant prius qui sub
lege custodiebantur. et quod si
de illis promittitur in iudicio iam
completum est in exemplo christi
qui legem et prophetas non venit
solvere sed adimplere. Ceterum quamquam qui-
dem investigatores studiosi
scripturarum nunc confitentur an
tiquis iustis fidem passionis et
resurrectionis christi quam vel reve
lationibus discebant vel in
prophetis intelligebant. Continuatur
fides: fides passi et resuscitati
tam ipsa confusio sanguinis agni
dei que facta est sicut ipse dixit
pro multis in remissionem peccatorum
aliquid utilitatis et purgationis
vel dedit vel addidit etiam hiis
qui hoc futurum credentes ad
quam sicut exhibitam vita emigra
verunt. Certe verum mors eius

ad libationem etiam mortuos invi
tavit. Sed nunc istam questionem vel per
tractando discutere vel aliquid
inde certum etiam insinuando
definire et longum est et huic
operi non necessarium. Sufficit autem adversus
talium impiorumque imperitiam sancti
demonstrare sufficere quanto errore
delirent qui putant signis sa
cramentisque mutatis etiam res
ipsas esse diversas quas ritus prophetici
pronuntiaverunt promissas et quas ri
tus evangelicus annuntiant im
pletas aut qui censent cum res
eedem sint non eas aliis sacra
mentis annuntiari debuisse com
pletas quam hiis quibus adhuc
complende prenuntiabantur. Si
enim sonus verborum quibus loquimur
pro tempore commutatur eademque res aliter
annuntiatur facienda aliter facta
sicut ista ipsa duo verba que dicuntur
facienda et facta nec paribus
morarum intervallis nec hisdem
vel totidem litteris sillabisve sono
uerunt quid mirum si aliis
misteriorum signaculis passio et re
surrectio christi futura promissa est
aliis iam facta annuntiatur
quandoquidem ipsa verba futurum
et factum passurus resurrecturus
et resurrexit nec sibi equaliter
sonare potuerunt. Quid
enim sunt aliud queque corporalia
sacramenta nisi quedam quasi
verba visibilia sacrosancta quidem
verumtamen mutabilia et temporalia

Deus enim eternus est et tamen aqua
et omnis illa actio corporalis que
agitur cum baptisamus et
fit et transit et etiam cum dicitur
etiam ille sillabe celeriter sona
tes et transeuntes cum dicitur
deus vel dicantur non consecrari
hec omnia fiunt et transeunt
sonant et transeunt virtus tamen
que per ista operatur iugiter ma
net et donum spirituale quod per ista
insinuatur eternum est Quod er
go dicit si Christus legem et prophetas
non solvisset illa sacramenta legis
et prophetarum in maiore congregacionibus
et celebracionibus permanerent
quasi diceret si Christus legem et prophetas
non solvisset adhuc promitteretur
nasciturus et passurus et re
surrecturus / tum ideo magis
hic non solvit sed adimplevit
quia iam non promittitur nascitu
rus passurus resurrecturus quod
illa sacramenta quodammodo
personabant / sed annunciatur quod
natus sit passus sit resurrexerit
quod hec sacramenta que a Christianis
aguntur iam personant Certum
ergo venit legem et prophetas non
solvere sed adimplere ipsa adimple
cione abstulit ea per que adhuc
promittebatur adimplendum
quod iam constat impletum / tamquam
si verba ista tolleret nasciturus passu
rus resurrecturus que cum hec
futura essent recte dicebantur
et institueret dici / natus est
passus est resurrexit que illis com
pletis et oblitis ablatis recte
dicuntur Sicut ergo ista verba ita illa
pro rebus prophetica sacramenta quia per
eum qui non venit legem et
prophetas solvere sed adimplere iam
impleta sunt ideo talia iam
tolli debuerunt Quod ut primis
Christianis qui ex Iudeis crediderant
donec eorum tam diutur
nam consuetudinem paulatim
persuaderetur atque ad intelligendum
perfectum perduceretur / et quia ita
nati erant atque instituti sineret
eos apostolus patrum antiquam tradicionem
servare et eos quibus opus
erat ut congruerent illorum
tradicionibus moribus conformari
crevit Inde est quod Thimo
theum iudea matre et greco
patre natum propter illos ad
quos tales cum eo venerat
etiam circumcidit apostolus / atque ipse
inter eos morem huiusmodi custodivit
non simulacione fallaci sed con
silio prudenti / Verum enim ita na
tis et ita institutis noxia erat
ista quamvis iam non esset signan
dis futuris necessaria / Magis
quippe noxium erat ea tamquam
noxia prohibere in hiis hominibus
usque ad quos durare debuerant
cum Christus qui omnes illas prophe
cias adimplere venerat sic eos
initiatos invenerat ut iam
de cetero cum nulla tali nece
ssitudine venerarentur sed cum ipso

velut parietes .i. ex preputio ad
illum angularem lapidem
qui xpus est convenirent ad
nulla talia cogerentur / si
autem hiis qui ex circumcisione
venerant talibus quod sacramen-
tis adhuc dediti erant / ultro
vellent sicut thimotheus con-
sensit congruenter non prohiberen-
tur si in hiis non legis operibus
putarent suam spem salutis
esse contineri tamquam acta pri
ne vetarentur. Unde est
illud apostoli Ecce ego paulus
dico vobis quia si circumcida-
mini xpus vobis nichil pro-
derit. Circumcidamini sci-
licet sicut ipsi volebant sic
enim a quibusdam depravatis
persuasum erat / quod sine
hiis legis operibus salvi esse
non possent. Etiam cum gentes
ad xpi fidem ita venirent
maxime per pauli apostoli predica-
cionem / sicut venire debuerunt
ut nullis huiusmodi observa-
cionibus onerarentur / quia
et insolita ista maxime
circumcisione grandes etate
deformidantes deterrerent
a fide / et non ita nati ut ta-
libus sacramentis imbuerentur
si more pristino proseliti sicut
tamquam xpus per illa mistica ven-
turus adhuc promitteretur
non ergo sic venirent ad fidem
ut iam ex gentibus venire

oportebat non intelligentes qui
ex circumcisione venerant cur
sibi illa permissa essent / et cur
gentibus imponenda non essent
quibusdam carnalibus sediciosis
omnibus ceperant etiam per-
turbare / quod gentiles ad fidei
plenitudinem accedentes non fierent
proseliti sicut veteres circum-
cisione et ceteris huiusmodi
observacionibus legis. Alii inibi
erant qui hic ideo se magnopere
insistebant quia timebant
iudeos inter quos versabantur. Contra
hoc apostolus paulus multa scrip-
sit. Nam in hac simulacione ff
etiam petrum adductum fuisse sua
obiurgacione correxit. Sed post-
ea quam in unum apostoli congre-
gati etiam consilio suo censu-
erunt gentes ad huiusmodi opera
legis non esse cogendas / dis-
plicuit quibusdam ex circum-
cisione xpianis non valentibus
mente distinguere illos solos ab huiusmodi
observacionibus non fuisse pro-
hibendos quos fides que reve-
lata est hiis iam imbutos in-
venerat ut inde iam con-
summaretur ipsa actio prophetica
/ quos autem adimplecione prophetie
iam tenuerat / ne si et ab
ipsis removeretur inprobata
potius quam consummata videretur
si autem et gentibus imponeretur
aut non xpi promittendi causa
instituta esse / aut adhuc xpus

promittere putaretur. Primum
itaque apostolus dei ante quam Christus
veniret legem prophetas adim-
plere. illa omnia quae ibi
promittebat observare in eis
iubebantur liberi in eis qui
quo pertinent intelligebant, ser-
vus autem in eis qui hoc non inte-
lligebant. Posterior ergo plebs acce-
dens ad fidem quia iam Christum
venisse passum esse ac resurre-
xisse praedicabatur in his quidem
hominibus quos iam talibus
sacramentis institutos eadem
fides invenerat nec cogebat
ista observare nec prohibebatur.
illis autem qui talibus nam
nulla gentis nulla consuetu-
dinis vel congruentiae necessitu-
dine tenenti occiderant, etiam
prohibebatur ut per eos iam inci-
peret apparere illa omnia propter
promittendum Christum fuisse insti-
tuta, quo veniente atque pro-
missa adimplente iam oporte-
ret cessare. Hoc igitur temperamentum
moderamenti quod spiritus sanctus per apostolos
operatus est cum displicuisset
quibusdam ex circumcisione cre-
dentibus qui hoc non intellige-
bant in ea perversitate manserunt
ut et gentes cogerent iudaizare.
Hy sunt quos Faustus symma-
cianos vel nazareos nomine co-
memoravit qui usque ad nostra tempora
iam quidem in exigua sed
adhuc tamen vel in ipsa paucitate
perdurant. Quid ergo? Sunt isti
vel certe ipsis calumpniantur
quia eos Christus solvere venit, porro
quam adimplere quia iam
non observant quae ibi praecepta
sunt, cum ea sola non obser-
vent quae Christum promittebantur
et ideo non observent magis
quia eadem promissa iam
Christus implevit, nec adhuc
promittuntur quia iam imple-
ta sunt, eorumque promissorum signa
in eis finiri debuerunt quos
fides Christi hoc adimplendus iam
talibus imbutos invenerat. Quid
quid enim non observant Christiani quod
nulla scriptura est? Quando dicitur
dominus deus tuus dominus unus
est, non facies tibi idolum et
cetera huiusmodi, numquid non ob-
servant Christiani quod ibi dictum
non accipias nomen domini dei tui
in vanum? Numquid ipsum sa-
bbatum quod ad intelligendam
veram requiem pertinet non obser-
vant Christiani? Numquid honorem
parentibus Christiani non deferunt
quod ibi praeceptum est? Numquid
a fornicationibus cavent, homi-
cidiis cavent, furtis cavent, falsis
testimoniis, a concupiscentia
uxoris proximi non se temperant
Christiani? quae omnia in lege illa
praecepta sunt. Haec praecepta sunt
morum, illa sacramenta sunt
promissorum. Haec implentur
per adiuvantem gratiam, illa per

redditam veritatem utramque per
Christum et illam semper gratiam
donantem nunc etiam revela
tam et hanc veritatem tunc pro
mittentem nunc exhibentem
quia lex per moysen data est gratia
autem et veritas per Ihesum Christum facta
est. Denique ista que mutate
vivente conscientia consumante
fide dilectione operante complentur
illa vero que impermittente sig
nificatione usata sunt rebus redditis
transierunt ita et ipsa non solu
ta sed impleta sunt quia et ea
non irrita nec fallacia Christus
ostendit cum id quod eorum significatione promitte
batur exhibuit. Non itaque sic
faustus opinatur quedam dominus
Ihesus adimplevit que ab an
tiquis iam dicta erant ante
legem moyseos sicuti est non occi
des quod non contrario redarguit
sed magis firmavit cum et iram
et ab convicio removit quedam
non solvit que ipsa medebantur
legis hebreorum sicuti est oculum
pro oculo dentem pro dente quod mihi
potius abstulisse quam confir
masse cum ait ego autem dico
vobis non resistere malo sed si quis
te percusserit in maxillam tuam
dexteram prebe illi et alteram
et cetera. Nos enim dicimus etiam
ea que isti putant solvisse Christum
veniendo contrario referendo et ut
propterea hec fuisse instituta et ut
a Christo non soluta sed adimpleta

Verum prius ab istis quero utrum
illi antiqui iusti enoch et seth
hos enim potissimum faustus com
memorat et si qui alii vel post
vel ante moysen iusti et si qui ante
abraham fuerunt irati sunt fratri
sine causa aut dixerunt fratri
fatue. Si enim non dixerunt cur
non et talia docuerunt. quero
quemadmodum illorum iustitiam
doctrinamque Christus adimplevit ad
dendo ego autem dico vobis si quis
irascitur fratri suo aut si quis
dixerit racha aut si quis dixerit
fatue reus erit vel iudicio vel
gehenne ignis. Si quidem et
illi eodem modo vivendum mone
bant quid ignorabant illi isti fie
ri reos et iracundiam ne pe
tulanti convicio fratrum lacessendum
aut noverant quidem sed ab his
se abstinere non poterant ergo rei
erant gehenne. Non ergo iusti.
Profecto enim nec imperitia veri
ad summum officium pervenerunt nec
intemperantie audeo dicere eos
fuisse iustitiam istum ut reos
fatear esse gehenne. Cur ergo
illam legem servandam quam tene
bant antiqui iusti addendo
Christus implevit cum eorum que iustitia
sine istis esse non posset. Si autem dicti
sunt eo quod preceptis iracundia
et lingua improba ex quo venit
Christus per ad iniquitatem pertinere an
tea vero non erant iniusti vel corde
vel ore ista committentes sic mensurans

rebus pro temporum congruentibus insti
tutis invenimus. Verumtamen aliquid non licet
quod ante licuit vel quoddam
non licuerit nunc licet. Ideo non istis
adeo decepistis ut hic dicatis si etiam
si dicatis respondebitur quod secundum istum
intellectum Christus non adimplere venit
quod legi antique deerat set legi
institute que non sunt sic dicere
fratri fatue vel apud antiquos integris
non fuisse iniustum ut ita in
iustum esse cepit velut ut
si hinc hoc dixit venit sit iste
inveniri non eam invenistis
cum illam legi hoc aliquid deerat
quod nunc addidit eam cepit
implevit. Tam forte lex non me
chandi apud illos iustos antiquos
sic implena erat donec adderetur
adimpleretur addente ne quis
ad concupiscendum videat mulierem.
Recreminiscitur cum commemorasti
ipsam sententiam audistis dictum
esse non mechaberis. Ego autem
dico vobis ne concupiscatis.
Quidem adimpletio est in quo
expleta plane ipsa verba evangelii
nolli tunc extenuare quod dictum
esset unde quod de illis anti
quissimis iustis sensere blandi
distis inquit quia dictum est non
mechaberis. Ego autem dico vobis
si quis viderit mulierem ad concu
piscendum eam iam mechatus est
eam in corde suo. Ita venio illi
iusti Seth vel Noe vel si quis ei
similes sunt mechabantur mechis

sunt. Et aut non erat tunc corpus
templum dei aut mechabantur
in templo dei. Quod si non audes
dicere quomodo etiam de his re le
gem illorum que apud illos iam
tunc plena erat non nemo
Christus implevit. Deinde miror
autem quia et hic illorum legem
a Christo adimpletam esse dixisti
non possum affirmare antiquos
iustos non mirasse. Iram et
Paulum apostolum mirasse invenimus.
De iure autem ore non tollitur
crebra iuratio cum iurantibus per
Simeon quod amatis cum iustis
Iheronimus cum bis simul istud mentem
eum abiustis oculis penitus
alienum quod illuminat omnem
hominem venientem in mundum. Nostis aliquid
qua ex parte cogitare et per
dominum unum Manicheum quem
Manichei lingua patria vocabunt
sic vobis ut apud grecos nomen insa
ne vitaretis velut declinato
et plurigato nomine quasi fusiorem
addidistis ubi amplius lana
reminiscitur cum nostri quidam
vestri exposuit cur appellatus
sit Manicheus ut scilicet in greca
lingua tamquam manna fun
dere videtur quia grece fundit
chei dicitur. Vel quid egeritis
nescio nisi ut expressius vobis
communicate videremini insania
nec ipsi cum addidistis in parte
pore nomine manam sittalum
ut agnosceretur manna. Sed

addidistis in posteriore duas syllabas
non appellantes manichaeum
ut nihil aliud vobis tamen pro
lixius et vanis sermonibus
sit nisi insaniam fundere
sonaret. Saepissime iratus
et per parasitum non sane illum
quem scilicet discipulis praefuit et
praefuit, si peccavit ipsum ut
latronem poenam crucis interpretetur
ipsum furore. Cum ergo irate
nunquam desinatis vellem scire
quomodo intelligatis hanc quoque
legis partem quia multis an
te quinimmo intelligi quod
nobis dominus adimplevit et magis
propter irationes apostoli ceteras ira
quae auctoritas est in nobis ipsis
necdum in aut [illegible]
num. Quod puto iam eluceat
quia sit aliter accipiendum quod
dicit Christus non veni solvere legem
sed adimplere. Quod hic videlicet ad
ditamentis quae vel ad expositionem
pertinent praeceptorum antiquorum
sive ad custodiam vel ad cautionem non
adimpleret. Quia enim non
intelligebant homicidium nisi
peremptione corporis humani
per quam vita privaretur, aperuit
dominus omnem iniquum motum
ad nocendum fratri in homicidii
genere putandum. Et Johannes dicit
Omnis qui odit fratrem suum homici
da est. Et quia putabant tantum
modo corporalem cum femina illi
citam commixtionem notari moe
chiam demonstravit magister etiam
talem concupiscentiam nihil esse aliud.
Item quia periurare grave peccatum
est, non iurare autem si verum iurat
nullum peccatum est, sed longius remotus
est a falsum iurando qui nec
iurare consuevit. Quia qui nec
iurare prohibuit est maluit nos dominus
et non iurantes non recedere a
vero quam verum iurantes pro
pinquare periurio. Magis et apostolus
in sermonibus quos habuisse
narratur nunquam iuravit ne
iurandi consuetudine aliquando
vel nescius in periurium labetur.
In epistolis autem ubi est consideratio
maior atque pensior pluribus locis
iurasse invenitur, ne quisquam
putaret etiam vere iurando pe
ccare, sed potius intelligeret huma
nae fragilitatis corda non iurando
tutius a periurio conservari. Quibus
praeceptis invenimus vel illa
esse destructa sicut Faustus pu
tat quae velit ipse admonere
praeviae. Nam et hic quod ab
istis conscriptum volunt esse legis
Moysi quod dictum est antiquis
Diliges proximum tuum et oderis
inimicum tuum. Quam apostolus Paulus
non dixit homines quosdam deo
odibiles. Et utique in hac amo
ratione ipse dominus ad hoc nos
hortatur ut imitemur deum
ut sitis filii patris vestri qui in
caelis est qui facit solem suum oriri
super bonos et malos et pluit

super iustos et iniustos. Querendum
itaque quomodo intelligatur exemplo
dei cum dixit quosdam odibiles
Paulus odio habendos inimicos
et rursus exemplo dei qui facit
solem suum oriri super bonos et ma
los et pluit super iustos et iniu
stos diligendos inimicos. Sed
apparebit quam male intelligen
tibus id quod dictum est odies inimicum
tuum iustorum visum esse quod domino
non vocat ut diligerent inimicos
suos pro inimicis aut quod sequitur
cum sit longum est disputare.
Sed ad istos intuendum quibus generaliter
displicet si quis odit inimicum
suum est nobis sermo quia cor fronte
pensat cum eos interrogamus utrum
diligat deus eos quos gentes tenebra
rum [illegible] inimici
diligendi sunt quod habeant
partem boni tantum non absolute eos
et odisse debemus quod habeant
partem mali. Ea quippe regula
et illud solum dicetur non esse
contrarium quod in antiqua scriptura dictum
est odies inimicum tuum et in e
uangelio diligite inimicos vestros
quod unusquisque inimicus homo
iniquitati inimicus est odio haben
dus est iniquitas autem homo est dilige
dus est ut illud quod meo recte o
dimus arguamus id est iniquum quo
possit illud quod meo recte di
ligimus id est humana natura ipsa
emendato vitio liberari. Sic
inimicis regula est qua et odimus

inimicum propter id quod meo malum
est id est iniquitate et diligamus
~~[illegible]~~ inimicum propter id quod meo bo
num est id est socialem rationalemque
creaturam. Sed quod nos non cum propter
iniquitatem suam vel alienam secundum
voluntatem malum esse communem
cernimus. Illi autem prauitatem gentis
tenebrarum putant esse homines
mali quos secundum ipsos deus
tantis fruitur ante quam in propter
inuectus est et propter tantus libe
raretur. Audito igitur et non
intellecto quod antiquus dictum
erat de odio inimici tui
scribebant homines in hominibus
odisse eum debere non odisse
nisi vicium. Quos corrigit dominus
dicendo diligite inimicos vestros
ut qui iam dixerat non venim
legem solvere sed adimplere
ideoque de odio inimici quod
scriptum est in lege non solum
precipiendo utique ut diligamus
inimicos cogeret nos intel
ligere quomodo non possemus
eundem eundemque hominem
et odisse propter culpam et dilige
re propter naturam. Ad quam eorum
mentes intelligere multum est.
Urgendi sunt tum ut secundum
calumpnie sue prauitatem vacem
vel potius amicitiam defendat
domini sui que non possunt
dicere dilectores gentis tene
brarum ideo quod adeunt exemplum

non habent quemadmodum hortentur
ut suum quisque diligat inimicum
pro cuius omni genti ipsi tenebrarum
dilectiores inimici tribuere poti
erunt quam deo suo. Illa quippe
sicut delirant inimica sibi lu
cem atque contiguam concupiuit
caeterum frui noluit atque ut frue
retur bene cogitavit. Neque ista cu
lpa est cum vim et beatificum
bonum appetitur. Verum et dominus
dicit Regnum celorum vim pati
et qui vim faciunt diripiunt
illud. Ecce gentem tenebrarum
secundum eorum vanitatem vim face
re ac diripere noluit bonum quod
amaverat cuius claritate et
specie delectata, inter cetera viti
osum deus dilexit sed odio de
testabiles fieri se volentes suum
ditionis eradicare molitus est.
Si quod mali amavit bonum
quo fruatur bonum autem oderit
malum ne polluatur respon
dete manichei qui ita eorum
impleant quod dominus ait di
ligite inimicos vestros. Ecce enim
quam vere fugiendo inimicum
potuistis quo pacto diramatis
bonum inter iniustas lucipetas et
blattas lucifugas. Ut quamquam
eum plerumque gentis tenebrarum
esse contenditis dicunt quod ille a
mavit esse alienam lucem
ille autem blattas adversando sua
potius origine delectantur.
Nam nunquam nascuntur iniuste

infestationes cloacis quam blatte in
obscuris cubiculis. Nam non illud
quod antiquis dictum est gentili
populo dentem pro dente quo contra
rium sit quod ait dominus Ego autem
dico vobis non resistere malo sed
si quis te percusserit in maxillam
tuam dexteram prebe illi et alteram
et cetera quisque. Et illud anti
quum ad reprimendas flammas
odiorum sevientiumque inmodera
tos animos refrenandos ita
preceptum est. Quis enim tam de
facili invenitur qui tantum reponere
vindicte quantum accepit iniurie?
Nonne videmus homines leviter
lesos moliri cedem sitire sanguinem
vix quod invenire inimicis mali
unde satientur? Cuius pugno
percussus non aut molitur aut op
tat in dampnationem eius qui
percusserit aut si ipse reperire ve
lit totum hominem si non etiam
telo aliquo arrepto pugnet?
Talibus ergo commendat. Quam igitur
inmoderate ac plus iniuste
ultionem lex iustum modum figens
penam talionis instituit. Hoc
est ut qualem quisque intulit
iniuriam tale iudicium pen
dat. Proinde oculum pro oculo dentem pro
dente non fomes sed limes fu
roris est, non ut id quod sopitum
erat hinc accenderetur quod ne
id quod ardebat ultra exten
deretur impositum est. Est enim que
dam iusta vindicta iuste quam

debetur ei qui fuit passus iniu
riam. Verum utique cum atque igno
scimus de iniuria quodammodo iure
largimur. Verum etiam debita dimit-
que in oratione dominica [illegible]
dimittere monemur ut nobis
et nostra dimittantur dimittam
quod autem debetur. Et si beni
gne dimittitur non tamen numquam
repetitur. Sic iurando etiam
qui verum iurat, comittit primo
verum longe abest qui omnino non
iurat. Et quamvis non peccet qui
verum iurat remotior tamen a peccato
est qui non iurat. Verum admonitio
non iurandi conservatio est a peccato
periurii. Cum peccet qui per
immoderationem iniuste vult
vindicari non peccet autem qui
modum adhibens iuste vult
vindicari remotior est a peccato
iniuste vindicte qui non vult
omnino vindicari. Peccat enim
qui exigit ultra debitum, non
peccat autem qui exigit debitum.
Sed tutius longe est a peccato iniu
sti exactoris qui omnino non exigit
debitum, presertim ne cogatur
et ipse reddere debitum ab eo qui
nullum habet debitum. Possum ego
et ego ita ponere: dictum est anti
quis non iniuste vindicabis; ego
autem dico ne vindicetis, quidem
adimpletio est sicut deiurando
fariseis autem dictum est non periura
bis, ego autem dico non iuretis
quidem quoque adimpletio est. Possum e

go et ego ita dicere si in precepto
addita verba quod legi defuit
a Christo additum intelligitur ac non
potius id quod lex volebat effi
ci, ne iniuste se quisquam vindi
cando peccaret, conservatum tutius
si omnino se non vindicaret sicut
id quod volebat efficere ne quis
peierando peccaret conservatur tutius
si non iuraret. Nam si certum
est [illegible] et qui te per
cusserit in maxillam prebe illi
et alteram, cur non sit contrarium
reddes domino iuramenta tua cum
et noli iurare omnino? Et tamen
illa non destructioni sed adimpletioni
sanctus arbitratus quod et
hic debuit arbitrari? Nam
si verum adimpletur dicendo
ne iurabis, cur ne iniuste
vindicet adimpletur dicendo ne
vindicetis? Sic ego in utraque
conservatione esse arbitror a peccato
quo vel falsum iurat vel in
iuste vindicat. Quamquam hec de
donanda omnino vindicta na
[illegible] etiam ad illud ut dimi
ttendo huiusmodi debita etiam
nobis dimittantur. Sed duo
ista modo [illegible] adhibenda sunt
quo distat non exigere debitum
et donanda ira que ad immo
deratam vindictam rapiunt
qui vellet tranquillius adten
deret quid ipse debet quod sibi
a domino relaxari cupit. Hanc
considerationem consumo debitum

l declararet. Nam et illud de
uxore non dimittenda dominus
precepit cum antiquis dictum sit
quicumque dimiserit uxorem suam
det illi libellum repudii si
diligenter intueamur videbimus
non esse contrarium. Exposuit enim
dominus quid lex voluit cum preciperet
dimittendi uxorem mittere li
bellum repudii dare. Certe
enim ait qui voluerit dimittere
uxorem suam cum esset contrarium
non dimittere. Si uterque nolebat
dimitti uxorem a viro qui
hanc interposuit moram ut
in dissidium animus preceps libe
lli conscriptione refractus ab
sisteret et quid mali esset
uxorem dimittere cogitaret
presertim quia ut perhibetur apud
se hebreos scribere litteras hebreas
nulli fas erat nisi scribis solis
tum et excellentiorem profitentibus
sapientiam et si qui eorum essent
equitate ac pietate preditum
non tamen profiterentur viri et scriptores.
Ad hos igitur quos oportet esse
prudentes legis interpretes et
iustos dissidii persuasores lex
mittere voluit eum quem iussit
libellum repudii dare si dimi
sisset uxorem. Non enim poterat
ei scribi libellus nisi ab ipsis
per quem hanc occasionem et ne
cessitatem venientem quodam
modo in manus suas bono con
silio regerent atque inter ipsum et
uxorem pacifice agendo dilectionem
concordiamque suaderent. Quod
si tantum invideret odium ut ex
tingui emendarique non posset
tunc utique scriberetur libellus
quia frustra non dimitteret quem
sic odisset ut ad debitam coniugio
caritatem nulla prudentium
persuasione revocaretur. Si enim
non diligitur uxor dimittenda
est. Diligenda autem monendo atque sua
dendo apponi non ipsi tantum coniugendo
impositum. Hoc facere debebant
scribe insanis et sapiens qualem
nulla professione esse oportebat
adquem ut venirentur discordi
marito libellus conscribendus
est preceptus quem vir bonus pru
densque non scriberet nisi manino
immanis adverso atque perverso consilium
concordie non valet. Verumtamen a
nobis et viri cerrones Faustus? ecclesia va
nitate querere cur displiceat
dimittere uxorem quam non ad ma
trimonii fidem si ad concupiscentias
habendam vanie esse consensus.
Matrimonium quippe ex hoc
appellatum est quod non ob a
liud debeat femina nubere quam
ut mater fiat quod et nobis
odiosissimum est. Ecce non enim pro
tatis partem dei vestri gentibus
tenebrarum prolio demictam
et subactam etiam carneis com
pedibus colligari. Sed ut potius
quod inter agitis explicem si reputet
in quibusdam antiquis scriptoribus

Appositis adimplevit. Ego autem dico
vobis nisi priorum hominum
legem hec libere additamenta
adimplevit neque illa que per
Moysen data est quasi contrariam
expositione destruxit potius
omnia ex Hebreorum lege commemo
ratam ita commendavit ut quic
quid ex persona sua insuper loquetur
vel ad expositionem requirendam
valeret vel quod illa obscure po
suisset vel ad tuendum conservandi
quod illa voluisset commendaret. Quam
sit aliter intelligendum quod ait
non se venisse legem solvere sed
adimplere scilicet ut non quasi secundum
plena verbis verbis integraretur
sed ut quod littera iubente propter
superborum presumptionem non poterat
suadente gratia per humilium
confessionem impleretur opere factorum
sed adiectione verborum fidelibus omnium
sicut apostolus ait per dilectionem opera
tur. Unde item dicit: Qui enim dili
git alterum legem implevit.
Hanc caritatem quia nemo
nisi per spiritum sanctum qui promissus
venisset manifestatur donatam,
quia sola caritate iusticia legis
posset impleri, propterea dicit non veni
solvere legem sed adimplere. Hoc
est novum testamentum quod huic
dilectioni hereditas regni celorum
promittitur, quod nisi figuris ve
teris testamenti pro temporis distri
butione tegebatur. Quam idem
dicit: Mandatum novum do vobis
ut vos invicem diligatis. Itaque
vel omnia vel pene omnia que
monuit seu precepit. Cum adiunge
bat: Ego autem dico vobis, inveniuntur
~~inveniuntur~~ et in illis veteribus
libris. Ibi continetur nam dictum
est: Turbatus est prae ira oculus
meus. Et melior est qui vin
cit iram quam qui capit ci
vitatem. Ibi continetur ~~...~~ verbum
durum. Plaga flagelli livorem
facit, plaga autem lingue con
fringet ossa. Ibi continetur mechiam
cordis: Ne concupiscas uxorem
proximi tui. Non enim ait ne
adulteres sed ne concupiscas.
Unde apostolus hoc ex lege commemo
rat dicens: Nam concupiscen
tiam nesciebam nisi lex diceret
Non concupisces. Ibi de patientia
laudatur vir non resistendo
prebens percutienti se maxillam
et saturatus obprobriis. Ibi de
inimico diligendo dicitur: Si e
surierit inimicus tuus ci
ba illum, si sitit potum da illi.
Hunc enim locum commemoravit
apostolus. Et illud in psalmo:
Cum his qui oderant pacem
eram pacificus, et alia multa.
Quod autem temperando animi
dicta et diligendo etiam
malos Deum imitemur, hoc
ibi de ipso Deo velut agente co
piosum locum. Ibi namque
scriptum est: Multum enim tibi
valere soli superat semper et virtuti

brachium tuum quis contra stabit
Quia tanquam ~~momentum~~
momentum statere sic ante te est
orbis terrarum et tanquam gutta
roris antelucani que descendit
in terram. Sed misereris omnium
quia omnia potes et dissimu-
las peccata hominum propter penitentiam. Dili-
gis enim omnia que sunt
et nichil odisti horum que fe-
cisti. Nec enim odio habens ali-
quid constituisti. Et non vero
posset aliquid permanere nisi
tu voluisses aut quod a te
vocatum non esset conservaretur.
Parcis autem omnibus quia tua
sunt domine qui amas animas.
Bonus enim spiritus tuus est in
omnibus. Propter quod eos qui ex-
errant partibus corripis
et de quibus peccant ammo-
nens alloqueris ut relicta
malicia sua credant in te
domine. Ad hanc benignam
pacientiam dei qui facit solem
suum oriri super bonos et malos et plu-
it super iustos et iniustos nos imitan-
dum Christus hortatur ut imi-
tari iras iniurias negli-
gamus et benefaciamus his
qui nos oderunt ut simus
perfecti sicut pater noster celestis
perfectus est. Equale autem nobis
et ad deum remittenda debita
peccatorum nostrorum quod aliis nostra
obligationum debita relaxamus
et cavendum esse ne si hoc

non fecerimus nec nobis depreca-
tibus peccati obligatio remittatur.
Sic nullis libris veteribus scriptum
est enim qui vindicari vult inve-
niet a deo vindictam et peccata
illius conservans conservabit.
Relinque proximo tuo nocenti
te et tunc deprecanti tibi peccata
solventur. Homo homini reser-
vat iram et a deo querit me-
delam. In hominem sibi similem
non habet misericordiam et pro peccatis suis
deprecatur deum. Et ipse cum
caro sit reservat iram et repro-
piciationem petit a domino.
Et quis exorabit pro peccatis illius.
Cum non dixere ius dimitte-
da quid amicitie quem aperti-
ssimo ex illis libris quemadmodum
quam id unde videris de hac
re interrogantibus dominus ipse
respondit. Cum enim quererent
utrum liceat quacumque ex causa
dimittere uxorem ait illis. Non
legistis quia qui fecit ab ini-
tio hominem masculum et feminam
fecit eos. Et dixit propter hoc di-
mittet homo patrem et ma-
trem et adherebit uxori sue
et erunt duo in carne una.
Itaque iam non sunt duo sed una
caro. Quod ergo deus coniunxit
homo non separet. Ecce vides
ex libris moysi convincitur
non esse uxorem dimittendam
qui secundum legem moysi ar-
bitrabantur se facere cum dimitterent

Quoniam et illud sic ipso christo ad
testante cognoscimus deum fecisse
et coniunxisse masculum et feminam
quod manichei negando damp
nant non solum mosaicis libris sed
christi euangelio resistentes. Porro
autem si quod ipsi opinantur
et predicant uerum esse diabolum
fecisse atque iunxisse masculum
et feminam, quid castitate di
abolica faustus reprehendit mo
ysen tamquam coniugia dirimentem
per libellum repudii et laudat
christum tamquam illud eius modi
uinculum confirmantem ex precepto
euangelii, cum utique secundum suam
stultam sacrilegamque sententiam mo
ysen laudare debuerant separan
tem quod fecerat et iunxerat
diabolus, et christum uituperare di
aboli figmentum et ligamentum
solidantem. Quam illud uero apte
nugis bona cur ipse moyses et
eius libro prolata est de prima con
iunctione masculi et feminae tam
sancta et nulla separatione uiolan
da castitas coniugalis, postea per
miserit dimittere uxorem. Nam
cum illi respondissent et dice
rent moyses mandauit dare
libellum repudii et dimittere,
ait illis: Quoniam moyses ad du
ritiam cordis uestri permisit
uobis dimittere uxores uestras.
est quod paulo ante exposuimus
Et nanta cui duritia erat que
nec per libelli interpositionem

non dissuadendi loquentibus iustis et
prudentibus tribuebatur solum
et flecti posset ad recipiendam
uel reuocandam coniugum caritatem.
Ita dominus quidem lex bonis pre
cepit et duris permittit eiusdem
legis testimonio declarauit
crimen et non dimittendae uxoris
eademque scriptura commemorata
coniunctione masculi et feminae
monuit diuinaque auctoritate
eiusdem coniunctionis exposuit
et dandum libellum repu
dii propter duritiam uel domandi uel
indomiti cordis ostendit. Certa
ipse cum omnia illa excellen
tia precepta domini que ueteribus
hebreorum libris contra faustus
uolebat ostendere in eiusdem quoque
libris inueniantur, uerum uenit
dominus legem non soluere sed adim
plere, non ut exceptis promissorum
figuris que reddita ueritate
sublata sunt, ipsa quoque pre
cepta propter que lex illa sancta et iusta
et bona est non per uetustatem
littere iubentis et delicta sup
beruiy reatu etiam preua
ricationis augentibus per
nouitatem spiritus adiuuantis
et humilium confessionem
salutis gratia liberantis imple
rentur in nobis. Quia uero
sicut omnia ista precepta sub
limia iter in illis libris
ueteribus designata illic sunt
quo referantur attentius est

quamuis secundum eum uiuerent
sancti quia futuram eius re-
uelationem uidebant et pro tempore
competenti uel prophetice tegebant
uel prophetice tectam sapienter intel-
ligebant. Denique quod non tene-
dixerim nescio utrum quisquam
in ullis libris inuenerit nomen
regni celorum quod tam
crebro nominat dominus. Dicit
quidem ibi diligite sapientiam
ut in eternum regnetis. Et
ipsa uita eterna si non illi in
manifesto predicaretur non
diceret dominus etiam malis iu-
deis scrutamini scripturas in
quibus putatis uos uitam
eternam habere ipse testimonium
perhibent de me. Et quo non cum-
ti ad hoc pertinet quod ibi scri-
ptum est non moriar sed ui-
uam et narrabo opera domini
Et illumina oculos meos ne
umquam obdormiam in mor-
te. Et iustorum anime in
manu dei sunt et non tan-
get illos tormentum. Et paulo
post illi autem sunt in pace
Et si coram hominibus tor-
menta passi sunt spes illorum
immortalitate plena est
et in paucis uexati in multis
bene disponentur. Et alio
loco iusti autem in perpetuum ui-
uent et apud dominum est merces
eorum et cogitatio eorum
apud altissimum. Ideo accipient

regnum decoris et diadema spe-
ciei de manu domini. Hec et alia
multa siue apertissima siue
sub obscura similitudine illic
testimonia uite eterne. Et de
ipsa corporum resurrectione non ta-
cuerunt ipse. Denique pharisei ad-
uersus ~~fariseos~~ saduceos eam
non credentes acerrime confli-
gebant quod non solum machabe-
orum ipsorum canonicis quos isti non
accipiunt, ne de aduentu uero
paracliti quem promisit dominus
humanitatis euidentius appareret
uerum etiam in euangelio ubi ei
proponunt saducei questionem de mu-
liere que septem fratribus singu-
latim nupserat, cuius menis
terminibus alius alii morienti
succederet. cuius nam eorum
in resurrectione uxor esset
futura. Proinde testimoniis
eterne uite et resurrectionis mor-
tuorum habundat ista scriptura
etsi nomen uel regnum celorum
de nullo inde loco michi occurrit
hoc enim proprie pertinet ad reue-
lationem noui testamenti
quia ea terrena que frena [illegible]
fuerant ~~mutatione~~ illa quam
paulus apostolus commemorat
in resurrectione fient spiritualia
ac per hoc celestia, in quibus
possideamus regnum celorum quod
ori eius etiam nominandum
seruabatur, quem regem ad
regendos et sacerdotem ad sanctificandos

ficandos fideles suos ministris
ille apparatus veteris misteriorum
in significationibus factis. dictis
factis sicut observationibus festivi
tatibus omnibus que eloquiorum
preconiis et rebus gestis et rerum
figuris parturiebatur esse ven
turus qui plenus gratia et veri
tate et ad precepta facienda ad
iuvando per caritatem et promissa
implenda confirmando per veritatem
venit legem non solvere sed adimplere

Faustus disputatio xx

Faustus dixit. Cur solem colitis nisi
quia estis pagani et gentium
scisma non secta. Hec non ab re
fuit et hoc ipsum querere quo
manifestius inde possimus utrum
vero debeat nomine hoc appellari.
Et quidem si secundum fidem meam
minus simpliciter ut nimietas re
sponderem me cavere fortasse excusationis
causa id fingere aut diminuere
quod absit luminum erubescere
culturam. Sed tu quidem utcumque
volueris accipe meum dixisse non
penitebit vel scientes aliquos qui
hactenus sive habebunt religionis
nostram nichil cum gentibus habere
commune. Igitur nos quidem patris
dei omnipotentis et Christi filii eius
et spiritus sancti unum idem sub tripli
ci appellatione colimus numen
sed patrem quidem ipsum lucem
incolere credimus summam ac prin
cipalem quam paulus alias in
accessibilem vocat. Filium vero in
hac secunda ac visibili luce con
sistere qui quoniam sit et ipse gemi
nus ut eum apostolus novit Christum
dicens esse dei virtutem et dei
sapientiam. Virtutem quidem eius in
sole habitare credimus sapientiam
vero in luna. Necnon et spiritus sancti
qui est maiestas tertia aeris hunc
omnem ambitum sedem fatemur
ac diversorium cuius ex viribus
ac spiritali profusione terram quoque
concipientem gignere patibilem
Ihesum qui est vita ac salus ho
minum omni suspensus ex ligno.
Quapropter et nobis circa universa
et vobis similiter erga panem et
calicem par religio est quamvis
eorum acerrime oderitis auctores
Hec est vera fides est. Dogma
si querendum alias putamus
audiebas quamvis nec illud ad
presens minus firmum sit argu
mentum quod vel tu vel quilibet
alius rogatus in via dei non
credat habitare respondere non
dubitavit in lumine ex quo
cultus meus hic omnium pene
testimonio confirmatur. Sed ut
ad illud quia nos non sectam
sed scisma gentium mentiris pasti
Scisma nisi fallor est eadem o
pinantem atque eodem ritu
colentem quo ceteri solo congre
gationis delectari discidio. Se
cta vero est longe alia opinan
tem quam ceteri alio etiam sibi
ac longe dissimili ritu di

Scisma quid est

Secta

mutatis instituisse culturam.
Quae si ita sunt, mea interim
et opinio et cultus longe
alia sunt quam paganorum.
Ceterum postea videbimus. Pagani
bona et mala, taetra et splen-
dida, perpetua et caduca, mu-
tabilia et certa, corporalia et
divina, duo haec principia
dogmatizant. Ego his valde
contraria sentio, qui bonis omnibus
principium fateor deum, contrarius
vero hylen. Sic enim mali prin-
cipium ac naturam theologus
noster appellat. Item pagani
aris, delubris, simulacris, victi-
mis atque incenso deum colendum
putant. Ego ab his multum
multum diversus incedo, qui
ipsum me, si modo sim dignus,
rationabile dei templum dei puto,
vivum vivae maiestatis simula-
ut factum esse displiceat sibi
aut istis non displiceat quod
deus in operibus suis vidit quod
bonum est, quamquam deus cor
eum membra sua mersit
in tenebras velim converti se
posuit. Non enim quod fecit
vidit quia bonum est. Si noluit
videre quia malum est admiratum
sane sanctus deus noster dicit
quod scriptum non est, nec omnino
est consequens ut cum aliquis
vidit quia bonum est etiam
miratus dicatur. Multa enim
bona videntes non miramur
tamen preter opinionem ita sint
sed tamen ea approbamus quod
ita esse debuerint. Sed verumtamen
omnino eius non invenit testa
mento cum ~~calumpniose~~ ma
liciose calumpniantur sed in
novo quod impietas fallant
accipiunt dominum esse miratum
Christum cum fatentur dominum
et hoc in signo suo velut
escam dulcissimam porrigit
quia vero deitas capiat. Deus
ergo miratus est cum per miratus
est, sic enim scriptum est in euangelio

quod audita fide centurionis
cananee miratus est et ait se-
quentibus se: Amen dico vobis
non inveni tantam fidem in Israel.
Certe nos ut putamus expo-
suimus in dictis nostris quia bonum
esset. Vel melius fortassis exponant
ista meliores exponant. Et isti
quare sit miratus Ihesus quod
antequam fieret prescibat et an-
tequam audiret iam noverat.
Verumtamen cum plurimum mirabi-
liter videat aliquis quia bonum
est an etiam miretur mihi
videtur est nonnulla similitudo
etiam Ihesus lucem fidei mi-
ratus est quia in corde illius
centurionis ipse fecerat qui
est verum lumen quod illuminat omnem
hominem venientem in hunc
mundum. Certe possum dicere aliquis
impius paganus ita aliquem impium
et reprehende in evangelio sicut deum
sanctus in veteri testamento. Dicet
1m eum et ille improvidum Christum non
solum exhibet quod miratus
est centurionis fidem verum etiam
quod Iudam inter discipulos elegit
qui mandata eius non erat
servaturus. Sicut reprehendit
iste eum propter improvidum
datum sicut homini non facturo
culparet etiam illud quod scire
non potuit quis eum tetigerit
qui tetigit fimbriam vestimenti
eius que fluxu sanguinis pa-
tiebatur. Sicut iste culpavit
deum nescisse ubi lateret Adam
[illegible] quia dixerat Adam ubi es,
dixit Christus quis me tetigit. Dicet 2m
et invidum ac timentem ne si
intrarent. Vel alie virgines in
regnum eius invenirent me
[illegible] quas ita stans sit
ut nec miserabiliter pulsantibus
aperiret sicut oblivioscens quod
ipse promiserat dicens pulsate
et aperietur vobis. Sicut iste
invidie timoris quod arguit
deum quod non admiserit
ad eternam vitam peccatores. Dicet
et appetentem non pecudum sed 3m
hominum sanguinem quia dixit
qui perdiderit animam suam propter me
inveniet eam. Sicut iste de sacrificiis animalium
quibus figuris premittebatur
sacrificium sanguinis quo redempti
sumus voluit calumpniari
reprehendet et zelantem cum 4m
eum ementes et vendentes
de templo flagellando eiceret
sicut commemoravit evangelista
de illo esse scriptum zelus domus
tue comedit me. Sicut iste accu-
savit zelantem deum quod aliis 5m
sacrificari nemini sinat. Dicet Christum
[illegible] insidias et [illegible]
[illegible] quidem quia dixit
servus qui scit voluntatem
domini sui et facit digna pla-
gis vapulabit multa [illegible]
nos autem quia dixit si quis
vos non receperit exeuntes illic

pulverem de calciamentis vestris. Amen dico vobis quia tolerabilius erit terrae Sodomae in die iudicii quam illi civitati. Si ergo iste criminatur vastantem deum nunc malos nunc iniustos, quos utrosque apostolus commemorat dicens: Quicumque enim sine lege peccaverunt sine lege peribunt, et quicumque in lege peccaverunt per legem iudicabuntur. Si et trucidantem et effundentem multorum sanguinem ob levia quidem vel nulla commissa. Levia quippe aut nullum commissum pagano videtur vel non habere in convivio imperatoris vestem nuptialem, propter quod rex in evangelio iussit homini ligatis manibus et pedibus proici in tenebras exteriores. Si vel nolle Christum super se regnare, propter quod peccatum ait: Illos autem qui noluerunt me regnare sibi adducite et interficite coram me. Cur ergo isti accusant deum in veteri testamento qui eis iussus est propter levia vel nulla commissa hominum milia trucidare. Cur non illud quod reprehendit Faustus minantem deum venturum se esse cum gladio, quo non parcet nec iusto nec peccatori? Quod paganus ille reprehenderet audiens apostolum Paulum dicentem de deo: Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Audiens et Petrum cum de magnis tribulationibus sanctorum et interfectionibus loqueretur ad tolerandum exhortantem et dicentem: Tempus est ut iudicium incipiat a domo domini; et si initium a nobis, qualis finis erit eis qui non credunt domini evangelio? Et si iustus quidem vix salvabitur, peccator et impius ubi parebunt? Quid enim iusto, immo cui tamen pater non pepercit? Et quid evidentius quod nec iustis parcat commendans eos varietate tribulationum? Cum de hac re aperte sit dictum: Et si iustus vix salvus erit. Non solum enim in veteri testamento scriptum est: Quem enim diligit deus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit; et: Si bona percepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? Sed etiam in novo: Ego quos amo arguo et castigo; et illud: Si enim nosmetipsos diiudicaremus, a domino non iudicaremur; cum iudicamur autem a domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Tot si paganus in novo testamento talia reprehenderet qualia isti reprehendunt in vetere, nonne et ipsi ea defendenda susciperent? Et non si facere possent, quia tamen vecordia hic talia reprehendunt qualia ibi defendunt. Et autem

non posset, sicut nimio timuit, aut non
potius nimietate sua testamento quod
non intelligentibus impius primum
videtur, idem non intel-
ligentibus pius vetitum credi
oportere contenderunt. Nam forte
que de novo testamento simi-
lia proferimus, ipsa quoque au-
dent dicere falsa esse, atque ipso
privilegio illo suo diabolico contra
quicquid de evangelio vel epistolis
canonicis quo adiuvari he-
resim suam putant, id esse
a Christo et apostolis dictum teneant
atque suadeant. Quicquid autem
ex eisdem codicibus adversus
eos sonuerit, immissum ab
infalsatoribus ore impudenti
ac sacrilego non dubitent dicere.
Cum furori eorum auctoritatem
omnium librorum extinguere atque
abolere conanti iam supra
quantum suscepti operis ratio sinere
videbatur non pauca respon-
derimus, illud admoneo, ut
cum insanas et sacrilegas
fabulas suas christiani nominis
pallio velare contendant, vi-
deant tamen qui ista tam scriptu-
ras sanas disputant, non
a nobis contra paganos tantum
sed etiam contra Manicheos co-
dicum divinorum testamenti
utriusque defendi. Et ista quidem
que modo Faustus velut in-
digna deo de veteribus libris
in sermone suo posuit, que pa-

ganorum et Manicheorum vel aliorum
sermone talia reprehendentium
ita fortasse defenderem ut paria
de auctoribus eorum, sicut Paulus
vir apud Athenienses fecit,
commemorarem. Cum enim eruditissimus
eorum fortasse et in litteris eorum
deum mundi creatorem ac fabri-
catorem et lucis huius insti-
tutorem, qui tamen aliquid eorum
conderet non latebat ne ante
tenebris, et ex opere suo perfecto
elatum esse gaudio, quod
certe amplius est. Qui quidem
vidit quia bonum est, et legis
latorem, quia si homo sequeretur
suo bono faceret, si autem sperneret
suo malo, quem non ideo dicerent
ignarum futuri, quia et
futuris contemptoribus legem
dedit. Nam non ideo imperitum
dicunt quod aliquid interro-
get, nec hominem dicunt in
quorum libris multa non ob
aliud interrogantur nisi ut
suis quibusque responsionibus
convincatur, cum ille qui
interrogat non solum sciat
quod sibi inde a falso res-
ponderi, sed etiam illum sic res-
ponsurum. Nunquid enim eum
dicunt numquam deum quod ma-
los beatos fieri non sineret
si vellet dicit. Plenos nunc
invenit suorum libros debat
et admiranda prudentia
pertinentes. Nec sacrificiis non

nihil aliud in paganis obi-
ceret · nisi cur apud eos illa rep-
rehendamus, cum in nostris veteribus
libris talia sibi deus iur in-
ssisse legeretur offerri. Hic ergo
de nomine sacrificii latius fortasse
disserendum est demonstrare, ac non deberi
nisi uni vero deo quod ei
unus verus sacerdos obtulit
mediator dei et hominum.
Cuius sacrificii plurimas figuras
in victimis animalium celebrari
oportebat propter commendationem futurae
carnis et sanguinis, per quam unam
victimam fieret remissio peccatorum
de carne et sanguine contractorum
quae regnum dei non possidebunt
quia eadem substantia corporis in cae-
lestem commutabitur qualitatem,
quod ignis in sacrificio signifi-
cabat velut absorbens mortem
in victoria. Quae in eo populo hebraeo
rite celebrata sunt, cuius et re-
gnum et sacerdotium prophetia erat
venturi regis et sacerdotis ad
regendos et consecrandos fi-
deles in omnibus gentibus et
introducendos in regnum caelorum
et sacrarium angelorum ad vitam
aeternam. Cuius veri sacrificii
sicut religiosa praenuntiativa hebraei
celebraverunt, ita sacrilega imita-
menta pagani, quia quae immo-
lant gentes, ait apostolus, daemo-
niis immolant et non deo. Anti-
qua enim res est praenuntiativa
immolatio sanguinis futuram

passionem mediatoris ab initio
generis humani testificans. Hac
enim primus abel obtulisse in sa-
cris litteris invenitur. Non igitur
mirum est si praevaricatores an-
geli, quorum duo maxima vitia
sunt superbia atque fallacia, per hunc
aerem volitantes, quod uni
vero deo deferri noverant hoc sibi
a suis cultoribus exegerunt,
a quibus dii putari voluerunt, dan-
te sibi locum vanitate cordis
humani, maxime cum desiderio
mortuorum constituerentur imagi-
nes, unde simulacrorum usus exor-
tus est. Et maiore adulatione
divini honores deferrentur
tamquam in caelum receptis, pro
quibus se interius daemonia co-
lenda supponerent et sibi sacri-
ficari a deceptis et perditis fla-
gitarent. Sacrificium ergo non solum
cum iuste imperat verus deus,
sed etiam cum superbe exigit falsus
deus, satis ostenditur cui debeatur.
Quaeret ille paganus si esset diffici-
lior ad credendum, etiam ipsa
prophetia persuaderem, nisi quia tam
longe ante conscripta sunt quae nunc
impleta monstrarem. Quod si et
haec contempneret, hoc ergo a quo
sciens pacienter mirarer quicquid de
non omnes fuisse credituros in
cunctis prophetiae veritate recolerem. Si
autem clamante christo ad deum
crucifixum testamento vero obicit
atque ipsum librum exagitaret, nisi

aliud quam se omnium litterarum
vel expertem vel neglegentem ostendit
Cum enim omnes docti eorum discernant
inter voluntatem et cupiditatem
gaudium et letitiam cautionem
et metum clementiam et iram
prudentiam et astutiam fiduciam
et audaciam et multa huius
modi ista ut hec nihil minus
ipsis ea que priora posui vir
tutibus que autem posteriora vitiis
apponat plenissimi sunt tamen libri
eorum cum abusione istorum
nominum que proprie vitia significant
etiam virtutes sic appellantium
vel cupiditas pro voluntate vel
letitia pro gaudio vel metus pro
cautione vel ira pro clementia
vel astutia pro prudentia vel
audacia pro fiducia ponitur
Et quis omnia commemorare
valeat que ad similem licentiam
morem locutionis usurpat. Huc
accedit etiam singularum lin
guarum sua quedam proprietas
Nam in ecclesiasticis litteris nus
quam vitium in vituperatione po
situm reperio. Cum in veteri sermonibus
etiam cottidiana consuetudo
concordat. Greci duas res inter se
quidem satis distinctas uno nomine
appellant laborem et dolorem
quos eas singulis nominibus nomi
namus sicut a nobis uno no
mine appellatur vita sine scelere
quia dicimus innocentiam
non est sine scelere quia dicimus bone

inmunitus hoc est. Greci autem ista duobus
quoque nominibus significant. Vix scri
psit ut excepta aliorum abusione
que in omnibus linguis late
patet aliqua etiam hebree lin
gue proprietate zelus in utroque
ponatur sive cum coniugis adul
terio turbatus animus conta
bescit quod in deum cadere non potest
sive cum servande pudicitie coniu
galis providentia diligens ad
hibetur quod deum facere cum
plebem suam tamquam coniugem
alloquitur quam per multos fal
sos deos fornicari non vult non
solum sine dubitatione verum etiam
cum gratiarum actione nobis utile esse
confitemur. Hoc et de ira dei dixerim
Neque enim perturbat deum cum
infert iram sed ira pro vindicta
ponitur sine abusione sine
aliqua precedentis lingue pro
prietate. Non infectis autem hominum
in libris non inveniretur si dei
iudicium non negaret quod neque
pagani negaverunt quam dei pro
videntiam istam universitatem
regi et administrari a summis
nisi adiuncta conceditur. Quod
si et hic negaret vel suorum
auctoritate facilius vel aliquorum
doctrinis certarum rationum
disputatione convinceret vel
tamquam nimium durus et sto
lidus ipsi quod esse non cre
deret divino iudicio relin
queretur. Clementia porro sine nulla

conmissa ipse quae deus inferat homines
si expresse commemoraret omnemque
certe nulla consciret lectura ve
lut quod exempli gratia possimus
de veste nuptiali commemoraremus
quantum consulti vestes sacras nup
tias adire quaerentes ibi gloriam
non sponsi sed suam vel si quid
forte aliud illa vestis in meliore
intellectu significare invenitur
aut quod ante aliquos reges inter
fuerint qui cum sibi regnare no
luerint non in longo forte ser
mone minus appareret, non quem
admodum nulla culpa est hominis
si nollet sibi regnare quemquam
hominem, ita nullam vel parvam
esse culpam cum sibi nolle re
gnare ipsum solius regno
recte beate semperque vivitur.
Iam illud ultimum quod fan
tasticis posuit insidians vestibus
liberis tamquam iniquitantibus
dominum quod intinctum gladium
quo neminem percutiat nec iusto
nec peccatori, cum pagano expo
netur quo accipiendum sit fortas
sis nec novo nec veteri testa
mento eius placet similitudo
evangelica, quae istis qui se sanos
haberi volunt, aut non appa
ret ut certis aut displicet
ut perversis. Sanus quippe
agricola ille vitis aliter
parat falcem sarmentis fru
ctuosis, tunc non parcit nec probis
nec reprobis illis purgandis

illis amputandis. Nullius enim
hominum est tanta iustitia prae
ditus cui non sit necessaria temp
tatio tribulationis vel ad perfici
endam vel ad confirmandam
vel approbandam virtutem, nisi forte
vel Paulum istum apostolum inter iustos
numerant qui cum tamen humiliter
et veraciter sua praeterita peccata fatea-
tur se ex fide Ihesu Christi iustificatum
gratias agit. Tamen non illi parcebat
illem quem vanum non intelligit
dicentem non parcam nec iusto
nec peccatori. Audiant ergo ipsum
Et ne magnitudine inquit
revelationum extollar datus
est mihi stimulus carnis angelus
sathane qui me colafizet propter
quod ter dominum rogavi ut au
ferret eum a me et dixit mihi
sufficit tibi gratia mea nam virtus
in infirmitate perficitur. Ecce nec
iusto parcebat ut eius virtutem
in infirmitate perficeret qui ei de
derat colafizantem angelum sa
thane vel dicitis quod eum diabolo
dederit. Diabolus ergo agebat
ne magnitudine revelationum
paulus extolleretur, et ut virtus
eius perficeretur. Cenus hic dixit
ab illo cui traditus erat iustus
colafizandus angelo sathane
qui poenam tradebat et in
iustos ipsi sathane. De quibus
idem dicit quos tradidi sathane
ut discant non blasphemare.
Nam ne intelligeretis quod ille

desuper nõ parcat nec iusto
nec peccatori. Aut quia illic
gladius nominatus ẽ amplius
exhorrescatis. Aliud ẽ enim
colafizari aliud occidi. Et quasi
nõ nõ dixisset mortuũ quibus
prestata sunt martirum milia / ut
hoc recta persecutores in potestate
haberent nisi eis desuper data
esset ab illo qui dixit non parcã
nec iusto nec peccatori / scilicet ipse
dominus meum qui proprio filio non
pepercit aptissime pilato dicit
nõ haberes in me potestatem nisi
data tibi esset desuper. Has pre
sumas persecutiones et iustorum
dicit idem paulus exemplum
esse iusti iudicii dei. Et ne sum
lacius ab apostolo petro mani=
festatur sicut supra commemoram
ubi ait tempus esse ut iudiciũ
incipiat a domo dei / et si ini
cium inquit a nobis qualis
finis erit eis qui nõ credunt
dei euangelio. Et si iustus uix
saluus erit peccator et impius
ubi parebunt. Quomodo ergo intel
ligitur quod nõ parcatur im
piis tamquam sarmentis prestis
ad combustionem / quod iustis nõ
parcitur ut perficiendo purga
tionem. Nam et ipse petrus
testatur secundum illius uoluntate
sicut qui in libris ueteribus ait
nõ parcam nec iusto nec pe
ccatori. Dicit enim et ipse me
lius ẽ benefacientes si uelit spiritus

dei pati quam malefacientes.
Cum ergo ex uoluntate spiritus dei
patiuntur benefacientes non
parcitur iustis. Cum autem malefa
cientes nõ parcitur peccatoribus.
Secundum illius tamen uoluntatem
fit utrumque qui ait nõ parcã
nec iusto nec peccatori. Illum
flagellando ut filium illum puni
endo ut impium. Certe omnia quanta
potui nos nõ talem deum facimus
extremo in tenebris deum qui enim
qui lux est et tenebre in eo nõ
sunt ullecam inseipso habitat
lucem inaccessibilem tamquam lucis
eterne candor est doctrina sapia
nec lucis in opinatione animatorem
secundum lucis facte creatorem ut sub
sistet. approbatorem ut maneret.
nec ignarum futuri secundum man
datorem precepti dampnatorem
delicti ne adiutus in obedientia
iuste prelata uindicta presentes
terreret et futuros et terrerent
improuidum nesciendo querentem
secundum interrogando iudicantem neque
inuidum ac timentem secundum ab
eterna uita que iuste obedien
ti datur prohibitatorem iuste
prohibentem neque sanguinis et ad
ipsius appetentem / secundum carnali
templo congruis sacrificiis im
positis per quasdam figuras
uerum sacrificium promittentem
nec humana perturbatione sed
tranquilla bonitate zelantem
ne uni deo debitã animã castitate

per multos falsas corrupta et pro
stituta turpe turbaret ita velut
humana turbide sementem
sed alia divina serere instar re
tribuentem que non propter vilem fedi
libidinem sed propter vindicandi in
genere certo usu locutionibus ita
nominaret oblevia vel nulla
quippa hominum iniuria punien
tem sed equissimo examine per
temporales mortalium mortes u
tilitatem timoris sui populis in
ponentem nec sine ullo de
licto cetera confusione iustos pe
ccatores que punientem sed iustis
salubrem correptionem propter per
fectionem peccantibus autem
debitam severitatem propter equi
tatem distribuentem. Unde nobis a
paret manichei suspicionibus
suis esse deceptos cum male
intelligendo scripturas nostras vel
malos intellectores experiendo
falsa de catholicis crediderunt / ac
si relicta sana doctrina quasi ad
sacrilegas fabulas iminimp
usi et alienati a societate scrip
nec ex novo testamento corrigi
voluerunt vero talia proferimus qua
lia iniecte arguitis. Unde fit
ut adversus nos sicut adversus
paganos utriusque testamentum
defendere compellamur. Sed fatte
aliquem prorsus carnaliter ita
desipientem ut deum colat non
qualem colimus qui unus
et verus est sed qualem vos cole
retis qui vestris vel calumpniis
vel suspicionibus fictus est. Nonne
etiam iste meliorem colit quam
vos. Et ne isto cum advertite et
qualescumque oculos aperite. Videte que
cum opus est magno acumine
et ingenii ut hoc quod dicam
perspici possit. Omnes prudentes
imprudentes que appello audite
advertite iudicate. Quanto enim
melius deus iste ex eternitate
nescius esset in tenebris quam
coeternam sibi et cognitam lucem
mersisset in tenebras quam tam me
lius exortam sibi novam lucem
ad fugandas tenebras miratus
laudaret. Quam viventes
sibi veteres tenebras in sua luce
contenebrata cavere non posset
infelix sed perturbatus. Crudelius
si securus hoc fecit. Melius enim
certe a se factam lucem videret
et miraretur bonam quam a
se genitam faceret malam que
sic abiecto repulit tenebras in
inimicas ut ei fieret inimica. Hac
enim culpe imputabitur damp
nandis in globo illis reliquiis
quod errare se a priore lucida
sua natura passe sunt et
inimici luminis sancti extiterunt.
Quod autem eis accidet ex
eternitate si nescierunt hoc
sibi futurum eternas ignorantie
tenebras. Si autem sciebant eternas
timoris tenebras patiebantur.
Certe nec pars et substantia dei una

insinus tenebris eternitate uastata
est nec postea lucem nouam
mutata est sed alias tenebras ali
enas quas semper timebat in
currit. Porro ipse deus cuius
illa pars erat si eidem parti
sue futurum tantum malum time
bat etiam ipsum occupauerant
timoris tenebre. Si autem hoc
futurum nesciebat ignoran
tie tenebris cecabatur. Si autem
hec parti sue futurum sciebat et
non timebat peiores sunt tene
bre tante crudelitatis quam
vel ignorantie uel timoris. Verum
enim habebat deus ut quod
in ipsa carne quam non a deo sed
ab hyle factam dementissime
creditis sic laudat apostolus si
patitur unum membrum compaciuntur
omnia membra. Sed non accusa
mus. Porro sciebat timebat do
lebat: sed quid faceret non habebat.
Nihil ergo sue inserere tenebris
eternitate uastatus est nec postea
nouam lucem que ab illo tenebras
fugaret mutatus est sed alias te
nebras quas semper timuit ma
gno malo sue lucis expertus
est. Quanto melius non dicam
preceptum daret sicut deus sed preceptum
acciperet sicut homo quod
bono suo custodiret malo suo
contempneret utrumque tamen motu
animi libera uoluntate nec
potius quam contra uoluntatem
ad contenebrandam lucem suam ine

uitabili necessitate premeretur.
Nam illud multo utique melius
esset ut preceptum daret humane
nature quam peccaturam esse ne
sciret quam naturam suam
diuinam necessitate pressus
peccare compelleret. Euigilate
et dicite nobis cuius inuicit
tenebras quem inuicit neces
sitas. Haec etiam erat apud illum
hostis maior atque metus et
insius cum minore pugna.
Quanto melius nesciret quo
abeuns facie fugisset adam quam
ipse primo a facie dure ac dire
necessitatis et postea a facie
diuise atque aduerse gentis quo
fugeret non habebat. Quanto melius
nature humane inuideret uitam
beatam quam naturam diuinam
daret in miseriam. Desideraret
sanguinem et adipem sacrificiorum
potius quam ipse totiens ipse
idolis mactaretur in ritus
adipi et sanguinem omnium uicti
marum conturbaretur zelo si
illa sacrificia et diis alienis
offerrentur potius quam ipse
ligatus non solum in omnibus
frugibus uerum etiam in
omnibus carnibus per omnes
aras omnibus demonibus
offerretur. Quanto melius
uel humana indignatione
commotus ac turbidus peccan
tibus et suis et alienis ira
sceretur quam ipse non solum

morientibus nascentibus sed etiam
morientibus timentibus turbare
impeccantibus omnibus contami
naretur in damnationis omnibus
puniretur ubique ligatus ex illa
sua parte quam ad tale dedecus
innocentem ipse damnavit
ut pellam vinceret quod time
bat etiam ipse subiectus extrema
necessitate damnatus ut ei
damnata pars eius posset ig
noscere si eum iam miser sit
vel humilis esse. Nunc autem
quis ferat reprehendi a nobis
deum irascentem suis alienisque
peccantibus cum deus quem fin
gitis membra sua quae coactis
coegit ut inimicis peccarent postea
damnet in globo. Quod quidem
cum faciet ut dicitis iram non
habebit sed miror si frontem
habebit inferendo meos quasi
iniudicatam a quibus petere debet
veniam et dicere: Observo igno
scite membra mea scitis quia
ego in vos istud nisi metus
necessitate facere non possum. Feci
tis et vos quod timui cum nos
hinc inde horrendus hostis
irrupat quod autem nos nunc illi
go timeo ne rursus erumpat
Nam certe etiam illud fatemini
in multo melius esse hominem
nulla ob nullam vel levem
culpam temporalem mortem ne
scire quam membra sua id est mem
bra dei subiecta dei et plane dam

et impeccati voraginem tradere
et poenae sempiternae colligatione
damnare. Si enim ergo illis mem
bris peccandi vel non peccandi li
berum arbitrium quamquam
de substantia dei quae non substantia dei est
ac per hoc omnino incommutabilis quem
admodum hic dicatur non invenio
Deus enim omnino peccare non
potest sicut negare seipsum non potest. Ho
mo potest peccare et deum negare
si velit non facit. Si ergo istis membris
dei non velut animae humanae
ac rationali quibus ut dixi peccandi
vel non peccandi liberum volun
tatis arbitrium recte fortasse pro
gravibus criminibus illo globi supplicio
plecterentur. Nunc autem libertatem
voluntatis illas particulas ha
buisse dicere non potestis quam
totus deus ipse non habuit quia
si eas non mitteret impeccatum
totius a tenebrarum gente per
vasus peccare cogeretur. Ergo si
cogi non possent peccaverunt cum eas
eo misit ubi cogi possent et
ideo magis ipse illo velut pa
tricidali culleo dignus qui hoc
fecit suis impie quam ille qui
obtemperans illuc ierunt ubi
recte amittendi arbitrium liberum
perdiderunt. Si autem ad peccandum
et ipse invasus atque possessus
cogi posset nisi pro hac partibus primo
flagitium deinde supplicium sibi
promisisset nulla fuit in deo
voluntas nec in eius partibus libera

voluntas. Non se fingit indicare agnoscat verum non quia passus est quod volebat sed quia se simulat iusta verbis dampnare eos quos nomine malum passos esse potius quam fecisse. Quod adhuc tum simulat ne invitus innominatur quasi aliquid possit alienum misereri felix aut fortunatus si velet. Tempore iam et hoc inclitus erat ut deus iustus sine ullo ingenitatis crimine hominibus nec iustis nec peccatoribus pateret quod in reprehensione dei sui Fausti illius intelligentes ultimum possunt quam membra sua ut servet ut paratum sit quod ea inexpiabiliter venanda hostibus obtulit nisi etiam falso crimine iniquitatis attingeret. Tunc ideo iusto dicit pendere tam immane ac sine fine supplicium quod errare a priore sua lucida natura passe sunt et inimica luminis sancto extiterunt. Unde nisi ut ipse dicit ita erant infuscata per amiditatem principum tenebrarum ut originis suam recolere se(?) ab hostili natura discernere non valent. Ergo timuc huius mali ipse fecerunt sed impotentes tantum malum passe sunt quae facientes nisi illorum virtus tum ut a se iustum malum perderent impaviret. Peiorem ergo ex parte sunt pertu quam hostem. Pater enim eas ad tantum malum misit; hostis autem tamen bonum appetiunt inpiens patrem non nocere. Ille si deus infirmus atque inseparabiliter sibi consulere non valebat puta dixit hostem impetum et post adversus indicium illo ergo non attingeret eas quarum abscentia tutius exquireret morte secura. Esset enim reatus est preliari iniquus et tam impia... Nam quae se errare a priore sua lucida natura passe sunt et inimice luminis sancto extiterunt ad hoc utique ab hoste coacte sunt cui si resistere non valuerunt innocentes dampnantur. Si autem valuerunt nec voluerunt quid adhuc tam fabulose inquirites natura mali cum apertissime voluntate sit origo peccati. Hoc enim certe sua culpa non ut aliena fecerunt quod cum possent malo resistere noluerunt. Quod enim si facerent bene facerent si autem non facerent sunt iniqua utique peccarent. Si potuerunt et non fecerunt utique noluerunt. Si ergo noluerunt voluntatis crimen est non necessitatis. Ano luntate igitur initium peccati. Unde autem initium peccati in voluntate mali vel faciendi tent iustum propterea vel patiendi secundum iustum meritum. Pro

inde nulla causa est cur quere-
tes unde sit malum invenire-
tis in sinu erroris tam magnum
malum ut naturam tot bonis
habundantem naturam mali
diceretis. Et in naturam sum-
mi boni ante commixtionem
huius mali horrendum neces-
sitatis malum poneretis. Et
hinc cum erroris vestri causa
superbia est quam non habebitis
nisi nolitis. Sed nos dum vul-
tis illud quo vincitis in quo
quo defendere auferretis originem
peccati a voluntatis arbitrio
et ponitis insania et falsa
fabula naturam mali. Ac per hoc
restat ut dicatis etiam illas
animas in horribili globo
eterna colligatione dampnandas
non voluntate sed necessitate in
inimicis luminum fore extitisse
crudelius deum vestrum iudicem
constituatis a quo nichil pro-
desse possitis eis quarum cau-
sam de invicta necessitate
defenditis. Et talem regem
a quo fratribus vestris filiis et mem-
bris illius quorum numquam ab
adversis nos et ipsum non vo-
luntate sed necessitate extitisse
perhibetis nec indulgentiam
impetrare valeatis. Dimma-
nissimam crudelitatem nisi
quod committitis nos ad ipsius
defensionem ut cum quo ista
quod necessitate fiat excu-

setis. Si ergo possetis invenire al-
terum iudicem qui liberum in il-
lo necessitatis moderator ex-
erceret equitatis examen certe in
illo globo non forinsecus fingeret
sed cum ipso terribili hoste in-
tus includeret. Cur enim non in-
ste peior sit ad penam dampna-
tionis qui peior est ad crimen
necessitatis. Quanto ergo me-
lius eligeretis deum in compa-
rationem peioris non qualem
colimus sed qualem nos colere
vel fingitis vel putatis, qui sine
ullo equitatis examine dam-
natione et disciplina non par-
ceret insanis suis nec iusto
nec peccatori. Potius qui non
parceret membris suis vel in-
nocentibus si necessitas. Cum enim
non est ... illi obtemperando factis
nocentibus si et necessitatis cum
essent ab illo victi dampnarentur
cum quo vel simul absolutis post
victoriam respiraret libertas vel
simul dampnari debuit si
et post victoriam tum saltem va-
leret necessitas ut aliquid va-
leret et equitas. Sicut autem
deum non illum verum et summum
quem colimus sed alium vestro quem
falsum confingitis quem vos cole-
re vel arbitrium vel alium in propriam
qui tamen etiam ipse multo est
melior deo vestro sed ambo cum
non sint et a nobis ambo fin-
guntur, sed meliorem fingitis

eum quem tamquam nostri actu
satis / quam eum quem nostri
adoratis sit et patriarchas et
prophetas non tales interpretatis quales
honorantur a nobis. Et quales
libros vestros non intelligitis et
malivola vanitate finxistis.
Sed nos tamen etiam ipsos quales
fuisse suspicamini patimur esse
si dicam vestris electis omnia
manichei mandata servan-
tibus nisi etiam quidam ipso
deo vestro esse meliores. Sed non
non adgrediar demonstrare
nisi prius istos patres vestros pa-
triarchas et prophetas a criminatio-
nibus vestris adiuvante me
domino ad suum corda tem-
poralia propria ratione defendero.
Et nobis quidem manichei
sit respondere sufficeret ut etiam
ipsa que putatis vestris lau-
dibus vestris preponenda detere-
mus / addentes accumulan-
confusionis vestre / ut etiam de-
us longe peior inveniretur
hominibus quales vestros pre-
fuisse iactatis. Sic ergo ut di-
ci nobis respondere sufficeret.
Sed quia nonnulli etiam per va-
vaniloquia sua sponte commove-
tur / vitam prophetarum in vetere te-
stamento comparantes vite
apostolorum in novo testamento nec
valentes discernere consuetu-
dinem temporis illius quo pro-
missio velabatur. Eis magis

respondere compellor qui vel
temperantiam suam audent pre-
ferre prophetis. Et nequitie sive que
sunt patrocinia de prophetis.
Quia inter hec primum dico illorum
hominum non tamen linguam verum
etiam vitam fuisse propheticam to-
tumque illud regnum gentis
Hebreorum magnam quandam
quia et magni cuiusdam
fuisse propheticam. Et non ita quod
ad eos quidem attinet qui
illic erant eruditi corde in
sapientia non solum in hiis que di-
cebant sed etiam in hiis que
faciebant / quod autem ad ceteros
ac simul omnes illius gentis
homines / in hiis que nullis
vel de illis divinitus fiebant
prophetia venientis Christi et eccle-
sie prenuntianda est. Omnia enim illa
sicut dicit apostolus figure nostre
fuerunt. Sic autem isti in quibus-
dam factis a quorum altitudine
longe sunt reprehendunt
tamquam libidine perpetrata sint
nonnulli etiam sacrilegi paga-
norum reprehendunt tamquam
stultitiam vel potius tamquam
dementiam Christi / quia tempore
non suo tempore poma que
sunt in arbore aut pueri-
lis cuiusdam fatuitatis
affectum / quod inclinato ca-
pite digito scribebat in terra
et cum hominibus inter-
rogantibus respondisset rursus

ff

hoc facere cepit. Nichil enim sa-
piunt vel intelligunt ymagina-
ries animus quasdam virtu-
tes mentis parvorum animorum
esse simillimas, non nulla spe-
cie sed nulla equitatis compa-
racione. Et multi autem sunt qui
ymaginibus ista reprehendunt
pueris imperitis in scola, qui
cum per magno didicerint non
numerum nisi in singulares
... numero singulares
esse reddendum, reprehendunt
latine lingue doctissimum au-
ctorem quia dixit pars in fru-
stra secant. Debuit enim inquiunt
dixisse secat. Et quia norunt
religionem dici culpant eum
qui geminata littera dixit re-
lligione patrum. Unde non ab-
surde dicatur fortasse ingeni-
o quantum distant schemata
et metaplasmi doctorum a so-
locismis et barbarismis im-
peritorum, tantum distare figurata
facta prophetarum a libidinosis pecca-
tis iniquorum. Ac per hoc sicut puer
in barbarismo reprehensus si
de virgiliano metaplasmo se
vellet defendere ferulis cederetur,
ita quisquis cum ancille sue
amplexibus volutatus abrahe factum
quod de agar prolem genu-
erit in exemplum defensionis
assumpserit, utinam non pla-
ne ferulis sed vel fustibus correctus
emendetur ne in ceteris adulteris

eterno supplicio puniatur. Mini-
me quidem ille res iste autem
magne sunt, nec adhibenda
ducta similitudo est ut schema
sacramento et solocismus adul-
terio comparetur. Veruntamen pro-
portione sui cuiusque generis quod
in illis locucionum quibusdam
virtutibus seu vitiis pecca vel
impicia, hic in rebus morum quamvis
longe diverso genere virtutibus seu
vitiis sapida vel insipida valet.
Et ut nunc nec inquirere laudanda
vel vituperanda, accusanda vel
defendenda, corrigenda vel relaxan-
da, dampnanda vel absolvenda,
appetenda vel vitanda temere
iudicemus, utique omnibus peccata
seu recte facta visa sunt, prius quid
sit peccatum considerare debemus.
Cum autem sancte scripture facta sanctorum
libris conscripta inveniamus, si
qua et ipsorum peccata invenerimus
ob aliquam utilitatem sint etiam
ipsa condita litteris memorieque
mandata, diligenti quantum
possimus ratione videamus.
Que autem reperimus stultis seu
malivolis videri peccata esse que
non sunt, nec cum ipsis conve-
niat aliqua exempla virtutum
habet quo inveniamur, quamvis
ob causam illis inserta sint
litteris quas ad utilitatem vite
presentis regende et future
adipiscende conditas a libris
credimus. Porro autem quecumque

in factis sanctorum eluceant documenta iusticie nullus vel imperitorum dubitat debuisse conscribi. De illis ergo potest questio que vel manifeste scripta videri possunt si nec recta facta apparent nec peccata sunt vel etiam perniciose si peccata esse convincuntur nec valeant admonitionem sive in ipsis libris reprehensa non sint, et ideo putant etiam possunt non esse peccata. Sane illic quo reprehensa sunt et sub facili specie nemine comitantur quia et instinctis inventa sunt.

diffinicio peccati Ergo peccatum est factum vel dictum aliquod contra eternam legem Dei. Lex vero eterna est ratio divina vel voluntas Dei ordinem naturalem conservari iubens, perturbari vetans. Quis nam igitur sit in homine naturalis ordo querendum est. Constat enim hominem ex anima et corpore. Sed hec et pecus. Nulli autem dubium est animam corpori naturali ordine preponendam. Porro anime hominis inest ratio que pecori non inest. Proinde sicut anima corpori, ita ipsius anime ratio ceteris eius partibus quas habet et bestie nature lege preponitur. In ipsa ratione que partim contemplativa est partim activa proculdubio contemplatio precellit. De hac enim et imago Dei est, quia per fidem ad speciem reformamur. Actio namque rationalis contemplationi rationali debet obedire sive per fidem operanti, sicut est quamdiu peregrinatur a Domino, sive per speciem, quod erit cum similes ei erimus quia videbimus eum sicuti est effecti etiam in spiritali corpore equales angelis eius recepta stola prima immortalitatis et incorruptionis qua induetur hoc mortale et corruptibile ut absorbeatur mors in victoria iusticia perfecta pace summa. Quia et sancti ac sublimes angeli habent contemplationem et actionem suam. Rem enim sibi agendum imperant quod ille quem contemplantur iubet, cui et non invito liberaliter quia suaviter serviunt.

Nos vero quorum corpus mortuum est propter peccatum donec vivificet Deus et mortalia corpora nostra per inhabitantem spiritum eius in nobis pro modulo infirmitatis nostre secundum eternam legem quo naturalis ordo servatur iuste vivimus, si vivamus ex fide non ficta que per dilectionem operatur habentes in conscientia bona spem repositam in celis immortalitatis et incorruptionis et ipsius perficiende iusticie usque ad quandam ineffabiliter suavissimam saturitatem, quam in ista peregrinatione

oportet esurire ac sitire quam
diu per fidem ambulamus non
per speciem. Verumtamen hominis actio
sermonis fidei serviens deo
refrenat omnes mortales dele
ctationes et eas coercet ad na
turalem modum meliora
inferioribus ordinata dilectio
ne preponens. Si enim nichil de
lectaret illicitum nemo pe
ccaret. Peccat ergo qui delecta
tionem illiciti relaxat potius
quam refrenat. Est autem illi
citum quod lex illa prohibet
qua naturalis ordo servatur.
Utrum autem sit aliqua rationa
lis creatura quam nichil po
ssit illicitum delectare magna
questio est. Nam si est nec in eo
genere factus est homo nec illa
natura angelica que in veri
tate non stetit. Si in eo genere ista ra
tionabilia facta sunt ut in
quantum eis possibilitas frenandi
delectationem ab illicito qua
non refrenando peccamus. Ma
gna est itaque et humana hec
natura que quamvis peccandi possibi
litatem instauratur per quam
si noluisset nec cecidisset. Magna
ergo dominus et laudabilis nunc quod condidit
eam. Condidit enim et infe
riores que non possunt peccare
condidit et meliores que non
sunt peccare. Bestialis enim
natura non peccat quia nichil
fecit contra eternam legem tam sit

subdita est ut eius particeps
esse non possit. Et rursus ange
lica sublimis natura non peccat
quia ita particeps est legis eterne
ut solus eam delectet deus cuius
voluntati sine ullo experimento
temptationis obtemperat. Homo
autem cuius propter peccatum temptatio
est vita super terram subdat sibi
quod habet commune cum bestiis sub
dat deo quod habet commune cum
angelis. Donec iusticia et
immortalitate perfecta angelorum precepta
abissis exaltetur. Illis coniungitur.
Mortales autem delectationes
usque ad reparandam seu cus
todiendam istam mortalem
salutem sine quibus esse non possunt
homines sine ipsius humanam
generis vel excitande vel relaxan
de sunt. Ultra si prolate fuerint
et contra temperantie rationem
homine non se regentem ab
ripuerint libidines erunt
perfecto illicite ac turpes et digne
doloribus emendari. Quod
si etiam perturbacium rectorem in
tantam voraginem pro dote con
suetudinis mergant ut vel in
ultas spe credens confessionis
et penitentie negligat medi
cinam qua correctus emergat
vel ad peiorem mortem cordis
contra illam eternam prudentie
legem blasphemum eis patro
cinium defensionis adhibeat
iam ita dicam fumigatur extremum

non iam emendatione sed dampnacione dignum lex illa irreprehensibilis consedit. Eterna ergo lege consulta que ordinem naturalem conservari iubet perturbari vetat videamus quid peccavit id est quid contra istam legem fecit pater abraham in his que velut magna crimina faustus obiecit habende nimirum prolis insana flagrans cupidine et deo quod iam sibi de sarra coniuge promiserat minime credens cum pellice volutatus sit. Sed insana non iste faustus criminandi cupiditate cecatus et heresis sue nefas prodidit et abrahe concubitum nesciens errans quam laudavit. Sicut enim lex illa eterna id est voluntas dei creatrix omnium conditionis conservando naturalem ordinem consulens non ut satiande libidini servatur sed ut saluti generis prospicitur ad propagandam mortalis carnis delectationem ex dominatu rationis in concubitu relaxari sinit sic e contrario perversa lex manicheorum ne deus eorum quem ligatum in omnibus seminibus plangunt in conceptu femine arctius colligetur prolem autem omnino devitari a concumbentibus iubet ut deus eorum turpi lapsu potius effundatur quam crudeli nexu innectatur. Non igitur abraham

prolis habende insana cupiditate flagrabat sed manicheus prolis devitande insana vanitate delirabat. Proinde ille nature ordinem servans nichil humano concubitu agebat nisi ut homo nasceretur iste perversitatem fabule observans nichil in quolibet concubitu timebat nisi ne deus captivaretur. Ubi autem faustus in facto abrahe velut conscientiam culpat uxoris ubi non malo quidem animo et intentione mira pavida sed tamen nesciens et nolens utrumque collaudat. Nec enim conscientiam suam flagitio coniugis miscuit quod ille sua libidine turpi et illicita voluptate satiaret sed etiam illa naturali ordine filios volens se quia sterilem sciret ancillaris uteri fecunditatem mariti sui potestate licita vendicavit non cedens viro concupiscenti sed iubens obedienti neque hic inordinata superbia est cum nescit uxorem marito tamquam domino debere servire sed quod ad membra corporis attinet que sexu ipso distinguuntur apostolus dicit similiter et vir sui corporis potestatem non habet sed mulier ut ceteris actibus ad humanam pacem pertinentibus mulier viro debeat servitutem humanis minus

rei qua sexus uterque carnalis
forte discernitur et carnali com-
mixtione conceditur similem
nisi beati paternitatem vir in uxore
et uxor in viro. Prolem
igitur quam debebat habere Sara
non potuit de ancilla habere
voluit ex eo tamen semine ex quo
et debere posset habere. Beata nun-
quam hic fieret mulier si in
corpore viri carnali concupiscentia
teneretur. Zelaret enim paris
pelicem non faceret matronam.
Nunc non ista sic peragun-
tur voluntas pia fuit quia
concumbendi voluntas libidi-
nosa non fuit. Illud sane de-
fendi non potest si Abraham sic
Faustus obicit minime cre-
dens deo qui sibi iam prolem
de Sara promiserat de Agar sus-
cipere voluit. Sed aptissime fal-
sum est. Non dum hoc promiserat
deus. Recenseant scripture
illius superiora qui voluerint
invenerint semen Abrahe
iam fuisse promissum terram et
innumerabilis multitudinis
habundanciam. Non dum tamen
fuisse patefactum quo illius
seminis quis futura pro-
pagacio eorum ex carne Abra-
he si de se ipse generaret an
ex voluntate si aliquem forte
adoptaret. Deinde si de carne
ipsius utrum ex Sara an ex
ancilla concorsus nondum ma-
nifestatum fuit. Legant ingenii
qui volunt et inveniant
Faustum aut falli imprudentem
aut fallere impudentem. Magis Ab-
raham cum sibi videret non
nasci filios et tamen semini suo
factam promissionem teneret
primo de adoptione cogitabat.
Hoc indicat quod cum deo
loquens ait de vernaculo suo
hic heres meus erit tamquam
diceret. Quia de me ipso michi
semen non dedisti, iusto comple
quod meo semini promisisti.
Si enim semen [illegible] non appe-
llaretur nisi quod ex eius carne
nasceretur nec nos appellaret
apostolus semen Abrahe qui certe
originem carnis ab illo non
ducimus sed imitatione fidei
semen eius facti sumus creden-
tes in Christo cuius caro ex illius
carne propagata est. Cum vero Ab-
raham audivit a domino non hic
erit heres tuus sed qui exiet
de utero tuo ipse erit heres
tuus iam ultra adoptionis
cogitatione sublata cum de se
ipso semine sperabat Abraham res-
tabat incertum utrum ex Sa-
ra an ex ancilla. Quod ille
deus occultare voluit donec
prius ex ancilla veteris testamen-
tum figuraretur. Quid ergo
mirum si videns Abraham
sterilem uxorem cupientem
sibi prolem quam parere ipsa non

potuit ex famula sua et ex ma
rito suo provenire non sine car
nali cupiditati cessit sed coniuga
li potestati obtemperavit cre
dens hic Saram eidem nutu
noluisse qui iam ex ipso
illi heredem promiserat sed ex
qua femina non predixerat
Frustra igitur faustus ad obiecti
onum hic cum insanus insilivit
tamquam infidelem Abrahe
infidelitatem arguens. Recta enim
veritate non credendi intere va
luit intelligere. Hoc autem sibi
dume calumpniandi neglexit
27 et legere. Quod autem iustum
et fidelem virum matrimonii
fidelissimum nundinato
rem appellans avaricie at
ventris causa duobus regibus
Abimelech et pharaoni diversis
temporibus Saram coniugem suam
sororem mentitum quia erat
pulcherrima in concubitum
asserit vendidisse non ore ve
ridico a turpitudine separat
honestatem sed ore maledicto totum
sicut inimicum. Hoc enim Abrahe
factum lenocinio simile vi
detur sed non valentibus cri
minis eterne legis lumine a
peccatis recte facta discernere
quibus et constantia pertina
cia videri potest et virtutis fidu
cie temeritatis putatur audacie et
quecumque similia obiciuntur
quasi non recte agentibus
aut recte terrentibus. Neque
enim Abraham flagitio consen
sit uxoris et eius nundinavit
adulterium sed sicut illa famu
lam suam non libidini ma
riti permisit sed officio generandi
ultro intulit inequanimiter
turbato ordine naturali ut
eius potestatis erat volens potius
obedienti quam credens contem
ptui sit et ipse coniugem
castam et casto corde sibi co
herentem de cuius animo ubi
pudicitie virtus habitabat nul
lo modo dubitabat tacuit u
xorem dixit sororem ne se
occiso ab alienigenis atque
impiis captiva possideretur
certus de deo suo quod nichil
eam turpe ac flagitiosum
perpeti sineret. Nec eum fides
ac spes fefellit. Namque pharao
territus monstris multisque
propter eam malis afflictus ubi
eius uxorem divinitus di
dicit illesam cum honore
restituit. Abimelech autem pror
sus commonitus et edoctus
similiter fecit. Nonnulli qui
dem non calumpniosi et ma
ledici sicut faustus sed eisdem
libris honorem debitum defe
rentes quos iste vel non intel
ligendo reprehendit vel re
prehendendo non intelligit cum
hec Abrahe facta considerarent
visum est eis quod afirmitate

fidei subdeferrent atque titubarent
Et timore mortis sicut dominum
petrus ita iste negaret uxorem
quod si ita necesse esset intel
ligi peccatum hominis agno
scerem nec ideo cuncta eius
merita deleta atque oblitterata cen
serem sicut nec illius apostoli
quamquam cuiquam non sit equalis
negare uxorem et negare sal
vatorem Verum nunc non cum hec ita
quod intelleguntur. nec sic inte
lligam nulla causa cogor
temeritate labi ad reprehenden
dum quem nemo convincit
timore lapsum fuisse a domi
nicam Verum tamen cum utrum
eius uxor esset interrogatus non
esse respondit sed cum ab eo que
reretur quid esset ei illa mulier
indicavit sororem non negavit
uxorem Tacuit aliquid veri
non dixit aliquid falsi An forte
adeo desipiscimus ut hic faus
tum sequamur qui ait
sororem mentitum quam genus
Thare aliunde didicerit cum
id sancta scriptura non aperiret
Quanto iustius esse ut id re
quam noverat abraham nos
autem non novimus patriarche
potius credamus loquenti
quod sciebat quam manicheo
criminanti quod nescit Cum
igitur abraham eo tempore
viveret in rebus humanis
quo quidem iam fratres

ex utroque an ex altero vel alio
parente natos necti coniugio
non licebat filios autem fratrum
aliosque longinquiore gradu
germanos consanguineos nulla le
ge nulla potestate prohibita
consuetudo iungebat quid
mirum si sororem suam id est
ex patris sui sanguine procre
atam habebat uxorem Verum
hic ipse reddenti sibi eam re
gi dixit ex patre esse sororem
non de matre ubi certe ut so
rorem mentiretur nullo iam
timore cogebatur quia ille uxorem
eius didicerat. et eam divinitus
territus cum honore redde
bat Fratres autem sive sorores
generali nomine consanguineos
vel consanguineas solere appel
lari scriptura testatur
Nam et tobias dixit deo cum
oraret antequam misceretur
uxori. et nunc domine tu scis
quia non luxurie causa accipio
sororem meam cum esset illa
non ex eiusdem patris
nec ex eodem matris utero
sed ex eadem stirpe cognationis
exorta Et loth frater abrahe
dicitur cum patruus eius
abraham esset ex qua vocabu
li consuetudine etiam fratres
domini nominantur in evangelio non
utique quos maria virgo pepe
rerat sed ex eius consanguinitate
omnes propinqui Dicet aliquis

Cur non potius ita de deo suo
presumpsit abraham ut fateri
non timeret uxorem. Neque enim
deus ab illo mortem non poterat
repellere quam timebat eumque
cum coniuge sua ab omni
periculo nulla peregrinatione
tutari ut nec uxor eius quam-
vis esset pulcherrima ab appe-
teretur ab aliquo nec propter illam
ipse necaretur. Poterat plane hoc
efficere deus quis ita sit demens
ut hoc neget. Sed si interrogatus
abraham illam feminam
mentitus esset uxorem duas res
tuendas committeret deo et suam
vitam et coniugis pudiciciam.
Pertinet autem ad sanam doctrinam
quando habet quod faciat homo non
temptare dominum deum suum. Neque
enim et ipse salvator non poterat
tueri discipulos suos quibus
tamen ait si vos persecuti fuerint
in una civitate fugite in
aliam. Cuius rei prior exemplum
prebuit. Nam cum potestatem
haberet ponendi animam suam
nec eam poneret nisi cum vellet
in egiptum tamen infans por-
tantibus parentibus fugit
et ad diem festum non evidenter
sed latenter ascendit cum alias
palam loqueretur iudeis ira-
scentibus et inimicissimo animo
audientibus nec tamen valen-
tibus in eum mittere manus
quia nondum venerat hora
eius non cuius hore necessitate
cogeretur mori sed cuius hore
oportunitate dignaretur occi-
di. Ergo palam docendo et
arguendo et tamen inimicorum
rabiem valere aliquid non
sinendo dei demonstrabat potestatem
idem tamen fugiendo et latendo
hominis instruebat infirmitatem
ne deum temptare audeat
quando habet quod faciat ut quod
cavere oportet evadat. Neque enim
et apostolus paulus desperaverat
adiutorium protectionemque divinam
fidemque perdiderat quando per murum
in sporta summissus est
ut inimicorum manus effugeret.
Non ergo non credendo deo
sic fugit sed deum temptando
si fugere noluisset non sic fugere
potuisset. Proinde cum inter
ignotos propter excellentissimam
pulchritudinem sare et eius pu-
dicitia et mariti vita esset
in dubio nec utrumque tueri
posset abraham veruntamen unum
horum posset id est vitam ut deum
suum non temptaret fecit quod
potuit quod autem non potuit
illi commisit. Ergo se hominem
occultare non valuit maritum
se occultavit ne occidendum tra-
deret coniugem deo credidit ne pollu-
endam crederet. Etenim nonnulla scrupulo
sunt disputari posset utrum
illius mulieris pudicitia
violaretur etiam si quisquam

tamen eius commixtionis esset cum id
se fieri per mariti mortem vel illo
sciente sed iubente permitteret
nequaquam fidem deserens
coniugalem et potestatem non ab
nuens maritalem. Sicut ille
adulter non fuit qui uxoris ob
temperans potestati de ancilla pro
lem generare consensit. Sed
ipse unum principiorum quia non
ita duobus viris unus ad
concumbendum femina sub
ditur sicut due femine uni
viro multo verius et hone
stius illud accipimus quod
pater abraham nec temptavit
deum qui vite sue quantum
potuit homo consuluit et spe
ravit in deum cum pudicitiam
coniugis commendavit. Cum non
in hac re gesta atque divinis
libris posita fideliterque narra
ta que non delectet etiam facti
perfectum perscrutari et sacramenti
ostium pia fide studioque pul
sare ut aperiat dominus et ostendat
quis tunc in illo figurabatur
viro et cuius sit uxor que
in hac peregrinatione atque inter
alienigenas pollui maculari
que non sinitur ut sit viro suo
sine macula et ruga. In gloria
quippe recte vivit ecclesia ut
pulchritudo eius sit honor
viro eius sicut abraham
ipse sare pulchritudine inter
alienigenas honorabatur.

Cuique ipsi enim dicitur in canticis
canticorum: O pulchra inter mulie
res. Cui ipsius pulchritudinis meri
to reges offerunt munera
sicut sare obtulit rex abime
lech plus in ea mirantes forme
decus quod amare potuit et
violare non potuit. Est enim
et sancta ecclesia domino ihesu
christo in occulto uxor. Occulte
quippe atque intrinsecus in abscondi
to secreto spirituali anima huma
na inheret verbo dei ut sint
duo in carne una. Quod magnum
coniugii sacramentum in christo
et ecclesia commendat apostolus.
Proinde regnum terrenum se
culi huius cuius figuram ge
rebant reges qui saram pollue
re permissi non sunt non expertum
est nec invenit ecclesiam con
iugem christi id est quam fideliter
illi tamquam principi viro
subdita coherere nisi cum vi
olare temptavit ut divino
testimonio per fidem martirum
cessit correctumque in posterioribus
regibus honoravit muneribus
quam corruptioni subdere
in prioribus non evaluit. Nam
quod tunc in eodem rege
prius et posterius figuratum
est hoc in isto regno prioribus
et posterioribus regibus adim
pletur. Cum autem dicitur
de patre esse sororem christi ecclesia
non de matre non terrene generationis

que evacuabitur secundum gratiae cele-
stis que in eternum manebit
cognatio commendatur secundum
quam gratiam omnes mortales
non eramus accepta potestate
ut filii dei vocemur et simus
Nec enim hanc gratiam de syna-
goga matre christi secundum carnem
sed deo patre percepimus. Hanc nos
cognationem terrenam quo ad mor-
tem temporaliter generat vocamus in
aliam vitam ubi nullus mo-
ritur negare nobis christus docuit
non fateri suum discipulis ait
ne vobis patrem dicatis in terra
unus enim pater vester qui in celis
est. Cuius rei prebuit exemplum
quando et ipse dixit que mihi
mater aut qui fratres et exten-
dens manum in discipulos ait
hi sunt fratres mei. Et ne quis
quam in hoc vocabulo terrenam
cognationem cogitaret adiun-
xit et quicumque fecerit volunta-
tem patris mei ipse mihi frater
et soror est. Tanquam diceret
De deo patre hanc cognationem
appello non de matre synagoga
Ad eternam quippe vitam nunc
voco ubi immortaliter natus sum
non ad temporalem unde ut vocarem
mortalis effectus sum. Quod
ergo ecclesia cuius uxor sit occul-
tatur alienigenis cuius autem
soror non tacetur. Hec et interim
causa facile occurrit quia oc-
cultum et difficile ad intelli-
gendum est quomodo natura humana
verbo dei copuletur sine mixtura
sine quid melius et apertius
dici potest cum sit illud deus
ista creatura. Secundum hoc enim
sponsus et sponsa sicut vir et
uxor christus et ecclesia dicuntur
Ceterum non cognatione sunt fratres
christus et omnes sancti gratia divina
non consanguinitate terrena
hoc est de patre non de matre
et et facilius dicitur et capi-
tur auditur. Nam et inter se
omnes sancti per eandem gratiam fratres
sunt. sponsus autem rector soci-
etatis nullus illorum est. Proinde
christum quamvis excellentissime in-
sitae atque sapientiae tamen hominem
multo facilius et plurimus
alienigene crediderunt. non
quidem falso quod homo esset
sed quod etiam deus esset ignoraverunt
hinc et Ieremias. et homo
est et quis agnoscit eum. Et
homo est quia proditur quod
frater est. et quis agnoscit eum
quia occultatur quod sponsus
est. Dixerim de patre abraham
adversum impudentissimam
et imperitissimam et calump-
niosissimam fausti vocem
satis dicta sunt. Loth autem
fratrem eius iustus et hospitalis
in sodomis et ab omni sodo-
mitarum contaminatione purus
ac integer. ex illo incendio
quod erat similitudo futuri 3

incendii iudicium meruit salvus
evadere typum gestavit corporis christi
quod in omnibus sanctis et
nunc inter iniquos atque impios
gemit/ quorum factis non con
sentit/ et a quorum commixtione
in seculi fine liberabitur illis
dampnationis supplicio cruciandis
Sicut autem aliud genus homi
num eius uxore figuratum
est/ eorum scilicet qui per gratiam
dei vocati retro respiciunt non
sicut paulus qui ea que retro
sunt obliviscitur et in ea que
ante sunt extenditur/ unde et
ipse dominus nemo inquit in
ponens manum super aratrum
et respiciens retro aptus est
regno celorum/ neque illud ex
emplum tacuit quo nos tamquam
sale conderet ut non fatue ne
gligeremus sed prudenter ca
veremus hoc malum. Unde
et illa ut hoc amoneret in
statuam salis est conversa ut
eum precipet ut se quisque per
severantissima anteriorum
intentione abhibeat que retro sunt
cipet/ mementote inquit uxo
ris loth. Sicut etiam ipse loth
cum quo filie concubuerunt
non illud quod cum a sodomis
liberatus est sed aliud aliquid fi
guratum est. Nam tunc ille
ipse loth future legis videtur
gestasse personam/ quam quidam
ex illa procreati et sub lege po

siti male intelligendo quodammodo
inebriant ea/ quod non legitime
utendo infidelitatis opera pariunt
Bona est enim lex ait apostolus
si quis ea legittime utatur.
Nec ideo tamen hoc factum vel
illius loth vel eius filiarum
iustificamus. Quia significavit a
liquid quod futurorum quorundam
perversitatem prenuntiaret. Aliud
enim ille ut hoc faceret intenderet
aliud deus qui hoc fieri permisit
ut etiam inde aliquid demonstraret
manente recto iudicio suo super
peccatum hominum tunc presentium
et vigilante providentia sua
presignatione futurorum. Proinde
illud factum est cum in sancta
scriptura narratur prophetia est/ cum
in illorum vita qui hoc com
miserunt consideratur flagitium
est. Neque rursus tanta repre
hensione atque accusatione res
digna est quantam in ea faus
tus inimicus et cecus evo
muit. Consulitur enim etiam
lex illa ordinis naturalem
conservari iubens perturbari
vetans/ et non ita de hoc facto
iudicat ac si ille in filias ne
faria libidine exarsisset ut
earum incestata corpore frueretur
aut eas haberet uxores. Aliter sunt
de illis feminis ac si ipsum patrem
carne execrabili amore fla
grassent. Ratio quippe iustitie
non tantum quid factum sit verum

etiā q̄re

etiam quare factum sit indi
cetur / ut ex causis suis facta pon
derata libramento equitatis exa
minet. Cum igitur ille ad
conservationem generis prolem
quererent qui utique rectius
humanus erat et natura
lis affectus / nec se crederent
invenire posse alios viros
velut existo illa conflagratione
orbe terrarum / neque eum discer
nere potuerunt quousque ille ignis
seviret / maluisse se patri voluerunt
Potius quidem numquam esse ma
tres quam sic uti patre de
buerunt quamvis multum interest
quod ea causa use sunt quam
si concupiscentia tam funeste
voluptatis incenderentur. Ab illo
autem opere ita patrem abhorrere
sentiebant ut id se impletu
rum esse non crederent nisi eius
ignorantiam procurarent. Namque
ut scriptum est inhebriaverunt
eum et se nescienti miscuerunt.
Verum ipse culpandus est quidem
non tamen quantum ille incestus
sed quantum illa meretur ebri
etas. Nam et hanc lex eterna
condempnat que cibum ac
potum ad ordinem natura
lem non nisi gratia conservande
salutis admittit. Verumtamen lon
go inter ebriosum et ebrium
plurimum interest / nam nec e
briosus semper est ebrius nec
quisquis aliquando ebrius continuo
ebriosus est / cum in homine
iusto huius ipsius et si non
ebriositatis certe ebrietatis
causa querenda est. Quid
enim tandem cogebatur fi
liabus suis crebra vina
miscentibus / aut fortasse non
mixta crebro porrigentibus
consentire / aut credere eum
adhuc filias nimiam tristi
ciam fingentes ita voluit
consolari ut illius destitu
tionis et matris luctus
dolor de cogitatione mentis
ebrie fugaretur / etiam ipsas
tantumdem libere existimans
et aliqua fraude agentes
ne biberent. Et etiam talem
tristibus suis adhibere con
solationem quo iustum iu
stum decuerit non videmus.
Cum aliqua sodomitarum arte
pessima etiam parvis pocu
lis patrem sic inebriare
potuerunt ut illud peccatum
eum ignorante vel potius
dei ignorante committerent. Et
mirum si hoc divina scrip
tura tacuisset / vel secreti sui
deus sine aliquo voluntatis
eius vitio perpeti sineret.
Nos tamen sanctas scripturas non
hominum peccata defendimus.
Sed aut de huius facti purga
tione satagimus quasi hoc
deus noster aut fieri iussisset
aut factum approbasset / aut

ita isti homines nullis libris
appellentur ut si noluerint pec-
care non possint. Cum ergo in
litteris quas isti reprehendunt
deus huic facto nullum iu-
stitie testimonium perhibuit, qua
dementia cecitatis hinc
illas litteras accusare conten-
dunt, cum aliis earum lo-
cis aptissime inveniantur
divinis preceptis ista prohiberi.
Unde nulla re gesta de cope
filiarum loth narrata ista
sunt non laudata. Quedam
enim enunciato iudicio dei
quedam tacito narrantur apertius
ut cum pervenitur quid inde
iudicaverit deus instruatur
nostra imperitia, cum autem tacetur
vel exerceatur peritia ut quod
alibi didicimus recolamus
vel excitetur pigricia ut
quod nondum novimus
queramus. Deus ergo qui novit
et de hominum opere malo facere
opera bona, gentes quas voluit
ex illo semine propagavit non
scripturas suas propter hominum
peccata dampnavit. Prodidit
quippe ista non fecit, et caven-
da ammonuit non imitan-
da posuit. Mirabili sane in-
prudentia faustus ysaac quoque
filium abrahe criminatur eo
quod rebeccam que uxor e-
rat sororem finxerit. Genus
enim rebecce non tacitum est, et
eam pro notissima propinquitate
sororem eius fuisse manife-
stum est. Ut autem taceret uxorem
quid mirum aut quid preterm
si imitatus est patrem, cum
eadem iusticia defenditur
qua pater eius de simili obie-
ctu inculpatus inventus
est. Que igitur pro abraham contra
adher rem ad tinet adversus
criminantem faustum diximus
eadem etiam pro ysaac filio
eius valent que recensere
non est difficile, nisi forte stu-
diosorum querat aliquis magna
figure sacramento accipiendum
sit, quod rex alienigena re-
beccam viri sui coniugem tunc
esse cognovit cum eum cum
illa ludentem vidit, quod
non cognovisset nisi cum coniuge
ille sic luderet quomodo ea
que coniux non esset ludere non de-
cet. Quod cum sancti coniugati
faciunt non manifeste faciunt
sed prudenter. Descendunt enim
ad feminei quodammodo sexus
infirmitatem ut aliquid blan-
da hylaritate vel dicant vel
faciant non enervantes sed
temperantes virilem rigorem.
quod tamen ei que uxor non est
qui dicit aut facit turpis
est. Verum hoc quod ad inceres
humanitatis pertinet dixerim
me quisquam divinus et sine
affectu idipsum perimmune obi

ciat sancto viro quod cum sua
coniuge luserit. Tales enim homines
infirmam si aliquid gravem
virum ludicrum aliquid garri
entem pueris etiam parvulis
viderint, quo eorum lacteum
sensum affabili et nutritoria
facilitate permulceat tamquam
delirantem reprehendunt ob
liti quid evenerint aut ingrati
quod evenerint. Quod autem
sibi velit in sacramento Christi et
ecclesie quod tantus patriarcha cum
coniuge luserit coniugium quoque illud
unde sit cognitum videt pro
fecto quisquis ne aliquid errando
in ecclesia peccet secretum mi
sterii eius in scripturis sanctis diligenter
intuetur et invenit enim
maiestatem suam quae in forma
dei equalis est patri paululum
abscondisse in forma servi ut
eius capax esse humana in
firmitas posset eoque modo se con
iugi congruenter attemperasse. Quid
enim absurdum immo quid
non accommodatum futurorum pre
nuntiationi si propheta dei carnale aliquid
lusit ut eum caperet affectus
uxoris cum ipsum verbum dei
caro factum sit ut habitaret
in nobis. Nam non filio eius
Iacob quod pungenti crimine
numerose obiciuntur uxores carnali
placitione imputatur. Nam quod
enim mos erat tunc non erat

et nunc propterea crimen est quia mos
non est. Alia sunt enim peccata
contra naturam, alia contra mores
alia contra precepta. Nunc cum ita
sint quid tandem criminis
est quod de pluribus simul ha
bitis uxoribus obicitur sancto
viro Iacob. Si naturam consu
las non lasciviendi sed gignendi
causa illis mulieribus utebatur
si morem illo tempore atque in illis terris
hoc factitabatur si preceptum
nulla lege prohibebatur. Nunc
vero cur crimen est si quis hoc
faciat nisi quia et moribus
et legibus hoc non licet. Que
quisquis contempserit etiam
si tantummodo generandi uti
possit feminis pluribus pe
ccat tamen et ipsam violat hu
manam societatem cui neces
saria est propagatio filiorum.
Sed quia homines aliter se ha
bentibus iam moribus et
legibus non putant delectari
uxorum multitudine nisi libi
dinis magnitudine ideo
errant et putant habere
omnino non potuisse uxores
multas nisi flagrantia
concupiscentie carnalis et
sordide voluptatis. Compa
rantes enim non alios quorum
animi virtutem prorsus no
sse non possunt sed sicut ait
apostolus semetipsos sibimet
ipsis non intelligunt et quia

ipsi etiam si inanem habuerint
ad eandem non solum gloriandi
cupiditate ducti inpulsi accedunt
sed sepe tremendi stimulo icti
eucurrunt perhimuntur qui necant
sibi inferunt confingere quia
in amore hominum morbo per
multas alii captiuentur
qui se uident uenenam temper
anciam non posse scire. Nec
uos est qui hanc uirtutem
non habet ita de se. Et ueterum
morbis medicum committere
non debemus sicut deceborum
sanitate ac salubritate
medicine ferbientes non sumus
potius quam illis saniores sensu
et precepto medicamine qui
ex eorum consuetudinibus assertione
alimenta preparamus. Quod
inde isti si nolunt non false
ac adumbrate sed uere ac soli
de pudicicie caste sanitatem
diuine scripture tamquam libris
medicinalibus credunt non
frustra tam magnum honorem
sanctitatis tribuitur quibus-
dam minus etiam pluribus uxo-
res habentibus / nisi quia
sic potest ut imperator carnis a-
nimi tanta temperantie
potestate prepolleat ut geni-
talis delectationis motum
insitum nature mortalium
ex prouidentia generandi legis
in possessionis uso permittat ex-
cedere. Alioquin possunt isti

maledici potius calumpniatores
quam ueridici medici etiam
sanctos apostolos accusare / quod
non caritate generandi filios matri
ecclesie sed cupiditate laudis huma-
ne plus tam multis euangelium
predicauerunt. Neque enim deerat
illis euangelicis patribus pontis
Christi ecclesias fama preclara tot lin-
guis laudantibus comparata
immo uero tanta aderat
ut maior hominibus ab hominibus
honor et gloria deferri non deberet
Hanc inertia gloriam presumptuo-
sa uanitate Symon perditus concupiuit
qui ab eis pecunia uoluit
emere quod illi diuina
gratia meruerunt eademque
gratuita meruerunt. nimius cupi-
dus glorie fuisse intelligitur quem
se uolentem sequi dominus in euangelio
renotat dicens uulpes foueas
habent et uolucres celi diuersoria
filius autem hominis non habet
ubi caput suum reclinet. Cer-
nebat enim eum cum dolo-
sa simulatione tenebrosum
et uentosa elacione iactatum
non habere fidei locum nisi se
inclinantis doctorem humili-
tatis exciperet. Quia in discipu-
latu Christi non illius gratiam sed
suam gloriam requirebat.
Hoc amore glorie corrupti
erant quos Paulus apostolus
notat quod per inuidiam et con-
tencionem non caste Christum annun-

tuarent quibus tamen praedicantibus
gaudet apostolus sciens fieri posse ut
dum illi sectantur humanae
gloriae cupiditatem, tamen his audi-
entibus fideles nascerentur non ex com-
mixta cupiditate qua se no-
lebant sic aequari ut anteponi
appeterent gloriae, sed per euangelium quod
etiam si non caste tamen annuntia-
bant, ut de malo illorum deus
operaretur bonum, sic fieri potest ut
homo ad concubitum non imperio
ducatur uoluntate gaudendi sed
luxuriandi libidine rapiatur
et tamen nascatur homo bonum dei
opus de fecunditate seminum
non de turpitudine uitiorum.
Sicut ergo sancti apostoli auditoribus
admirantibus doctrinam suam
condelectabantur non auiditate
consequendae laudis sed caritate se-
minandae ueritatis, ita sancti
patriarchae coniugibus excipientibus
semen suum inhaerebant non concu-
piscentia percipiendae uoluptatis
sed prouidentia propagandae succe-
ssionis. Ac per hoc nec illos am-
bitiosos faciebat multitudo populorum
nec illos libidinosos multitu-
do faciebat uxorum. Sed quid
de uiris loquar quibus excellen-
tissimum testimonium diuina uo-
ce perhibetur, cum ipsas feminas
satis eluceat nichil aliud in
concubitu appetisse quam filios
quippe ubi se minime parere
uiderunt, famulas suas dederunt
uiro suo ut illas matres fa-
cerent carne, ipse fierent uolun-
tate. Iam et illud quod ne-
fariissima criminatione Faustus
obicit habuisse uxores uelut
innumera scorta certatim, quae eum
cum ad concubitum raperent (?) qui (?)
legit uestro (?), nisi forte in
corde suo tamquam in libro uesa-
narum fallaciarum, ubi ne
ipse sectabatur, quando cum serpen-
te illo decepto apostolus timebat
ecclesiae quam uirginem castam ca-
piebat uni uiro exhibere Christo
ne sicut Euam decepit astu-
tia sua sic et illorum uictos a
Christi castitate auertendo corrum-
peret. Ita enim hunc scriptorem
amant sicut isti ut eum prodi-
disse potius quam nocuisse con-
tendant. Ipse plane Faustus per-
suasit peccatori adulterio sui (?)
status semina infundere, ut
has male conceptas calumnias p-
rauas ore immundissimo pa-
reret et stilo audacissimo etiam
memoriae commendaret. Nulla
cum ancillarum uirum Iacob
ab altera rapuit, nulla de uiri
concubitu cum altera litigauit.
Tanto magis ordo erat quia
libido non erat, et tanto fir-
mius seruabantur coniugalis
potestatis iura quanto castius
inhibebantur carnalis cupidi-
tatis iniuria. Quod enim
ab uxore conducitur non cara nia (?)

manifestatur assertio ubi ipse
adversus maledicta manicheorum
ipsa veritas clamat. Quid enim
opus erat ut eum alia con
duceret, nisi quia ordo alterius
ut ad eum maritus intraret.
Neque enim ad aliam migrare ce
ssisset nisi eum conduxisset. Neque
iniustius ad eam vicibus acce
debat, de qua tot filios procrea
verat, et cui obedierat ut
etiam de ancilla procrearet et
de qua postea non condicente
procreavit. Sed nunc Rachel noctem
habebat in ordine ut maneret
cum viro, tunc penes eam
potestas illa erat de qua apostolus
novi certe novi testamenti non
tacuit dicens: similiter et vir
non habet potestatem sui corporis sed
mulier. Ideo iam cum sorore
pacta erat cum facta debitrix
eam relegaret ad debitorem
coniugii. Iam sic nomine id appe
llat apostolus: uxori inquit vir
debitum reddat. Cum non vir
debitor erat, iam acceperat
a sorore quod elegerat volun
tatem ut ei daret quod habe
bat in potestate. Utrum non ille quem
faustus tamquam impudicum
clamitans vel potius exstinctus
aculeis criminatur, si concupiscen
tie non iustitie servus esset,
nonne pretium dicit volu
ptatem illius noctis aestim
aret qua erat cum pulchriore

cubiturus quem certe amplius
diligebat, et pro qua bis septenorum
annorum laborem gratuitum
penderat. Cum ergo iam die pacto
veniens uret amplexus, quando
inde arceretur, si talis esset qualem
manichei vel intelligentes
opinantur. Homine placito con
tempto mulierum intraret pro ea
ad speciosam suam que illi nocte
ipsam non solum coniugis more
verum etiam ordinis iure de
bebat. Uteretur potius ipse
potestate maritali quia et uxor
non habet potestatem corporis sui sed vir
et pro certe servitutis illarum
iustissitudo faciebat. Coniugali
ergo potestate multo mirabilius
uteretur si forme desiderio vin
ceretur sed eo meliores femine
inveniuntur si ille pro filiis
concupiscendis ipse autem procreandis
sua voluptate careret. Itaque vir
temperatissimus ut plane vir
qua tam viriliter feminis ute
batur ut delectationi carnali
non subiceretur sed dominaretur, ma
gis quid debet quam quid ei
debetur attendit, nec ad suam
voluptatem sua potestate abuti
voluit, sed illius debiti redditor
quam exactor esse maluit. Quod tum
consequens erat ut ei redderet
quam ipse id accipere illa cui
debebatur elegerat. Sed nunc certum
placito pacto ac composito cum
repente ab inopinate apulse

forma coniugii renouaretur et
ad mensuram decoris notaretur. Non ra
certauerunt non festiua ambulatio
est non enerues blandiciis ut
sibi potius Rachel uellet inter
ambas satagit. Sed maritus
iustus et prudens pater cum
illas pluris curam gerere uideret
et ipse nichil aliud de coniugibus
nisi quereret quam uoluntati ob
temperandum iudicauit que
sibi singillatim filios opta
bant sine ulla nimirum con
ambe pariebant. Tamquam
dicerent: Vobis uiri nos credite
ut mulieribus alias contendite que
nostrum fiat mater. Ergo quid
contendam? Cum sine inde sine
inde nascendi non erat alius
pater. Hanc perfecto modestiam
hanc concupiscentie coercitionem
et incommixtione corporis coniuga
lem plenum appetitum posteritatis
humane, ut erat acutius sanc
tus nullis litteris et intelligeret
et laudaret nisi eius inge
nium detestabili secta deprava
tum, et quid reprehenderet
quereret, et unam imperialis
coniunctionis honestatem ut
mares et femine liberorum
procreandorum causa copula
rentur. Hoc enim maximum
deputaret. Cum iam defen
sis patriarche moribus refuta
toque crimine quod nefarius er
ror obiecit de libro ut possumus
misteriorum secreta rimemur
pulsemusque fidei pietate ut
nobis aperiatur. Aduerto quid rei
significauerint mihi iste uxores
Iacob, quarum due libere, due
ancille fuerunt. Quidem uidemus cum
apostolum in libera et ancilla quas
habuit Abraham duo testamenta
intelligere. Sed ibi inuenimus facilius
apparet quod dicitur. Hic autem
due sunt et due. Deinde an
cille ibi filius exheredatur,
hic uero ancillarum filii simul
cum filiis liberarum terram
promissionis accipiunt. Unde
hic procul dubio aliquid aliud
significatum. Quamquam cum duabus t
liberis uxoribus Iacob ad nouum
testamentum quo in libertatem
uocati sumus existimem
pertinere, non tamen frustra sunt
due, nisi forte quia id quod
inspicimus aduertimus et inuenimus,
perhibent due uite nobis in Christi cor
pore predicantur, una temporalis
in qua laboramus, alia eterna
in qua delectationem dei con
templabimur. Illam dominus pa
ssione, illam resurrectione de
clarauit. Admonent nos ad
hoc intelligendum illarum
etiam nomina feminarum.
Dicunt enim quod Lya inter
pretatur laborans, Rachel autem
uisum principium uel ex quo
uidetur principium. Actio ergo
humana mortalisque uite

vigna vivimus ex fide mul
ta laboriosa opera facientes in
certi quo exitu pervenimus ad
utilitatem eorum quos consule
volumus ipsa est lya par uxor
iacob cui prius et infirmis o
culis fuisse commemoratur
Cogitationes enim mortalium
timide et incerte providentie
nostre spes non eterne contempla
tionis dei habens certam et
delectabilem intelligentiam
veritatis ipsa est rachel unde
etiam dicitur bona facie et
pulcra specie hanc enim amat
omnis pie studiosus et propter
hanc servit gratie dei qua
peccata nostra et si fuerint sicut
fenicium tamquam nix dealba
buntur Ceterum quippe vir
statim dealbatio enim significat
iacob propter rachel Reqque enim se
convertit sub gratia remis
sionis peccatorum servire iustitie
ausus ut quiete vivat in verbo
ex quo videtur principium quod
est deus Ergo propter rachel non
propter liam Eam quoque tandem
amavit in operibus iustitie
labore actionum atque passionum
Erunt eam vita propter se ipsam
expetiverit sicut nec iacob
liam si tamen ibi nocte suppo
sitam invenit quando diam
plexus et fecunditate eius
expertus est Dilexit enim eam
quia per se ipsam diligi non

potuit primo ut ad rachel per
veniretur tolerari fecit Deinde
propter filios commendavit Talia ergo
unusquisque utilis dei primus
sub dealbatione peccatorum suorum
gratia constitutus quid aliud
in sua conversatione meditatur
est quid aliud corde gestabit
quid aliud adamavit nisi
doctrinam sapientie quam plerique se
adepturos putant statim ut
se in septem preceptis legis ex
ercuerint que sunt de dile
ctione proximi ne cuiquam homi
nocetur id est honora patrem
et matrem non mechaberis
non occides non furaberis non
falsum testimonium dices non
concupisces uxorem proximi non con
cupisces rem proximi tui Que quo
cunque potuit observatis postea
quam homo percepta et sperata
pulcerrima delectatione doctrine
per temptationes varias quasi
per huius seculi noctes tolerantia
laboris adheserit velut pro
rachel lya inopinata coniuncta
fit et hanc sustinet ut ad illam
perveniat si perseveraverit amat
acceptis aliis septem preceptis
ut si dicatur ei serviat aliis
septem annos pro rachel ut
sit pauper spiritu mitis lugens
esuriens sitiensque iustitiam
misericors mundicordis pacificus
Vellet enim homo si fieri posset sine
ulla tollerantia laboris que

in agendo patiendoque amplectenda est, statim ad pulcherrime perspicue sapientie delicias pervenire. Sed hoc non potest in terra morientium. Hoc enim videtur significare quod dictum est ad Iacob: Non est mos in loco nostro ut minor nubat prius quam maior; quia non absurde maior appellatur que tempore prior est. Prior est autem in recta eruditione hominis labor operandi que iusta sunt, quam voluptas intelligendi que vera sunt. Ad hoc valet quod scriptum est: Concupisti sapientiam, serva mandata, et dominus prebebit illam tibi. Mandata utique ad iustitiam pertinentia; iustitiam autem que ex fide est, que inter temptationum incerta versatur, ut pie credendo quod non dum intelligit, etiam intelligentie meritum comparet. Ex quo cum valet quod modo commemoravi esse scriptum: Concupisti sapientiam, serva mandata, et dominus prebebit tibi illam, tum et illud valere arbitror: Nisi credideritis, non intelligetis, ut iustitia ad fidem, ad sapientiam vero intelligentia pertinere monstretur. Proinde in his qui flagrant ingenti amore perspicue veritatis non est improbandum studium, sed ad ordinem revocandum, ut a fide incipiat et bonis moribus nitatur pervenire quo tendit. In eo quippe quod versatur virtus est laboriosa, in eo vero quod appetit luminosa sapientia. Quid ergo opus est, inquiunt, credere quod non mihi ostenditur? Manifestum aliquod verbum profer quod mihi primum omnium principium. Deum est in quod maxime ac primitus inardescit si vel studiosus est animus rationalis. Cum ei respondeatur: Pulcherrimum est quod desideras et amare dignissimum, sed prius nubit Lya et postea Rachel. Ardor ergo iste ad id valeat ut ordo non recusetur, sed potius toleretur, sine quo non potest ad id perveniri quod tanto ardore diligitur. Cum autem perventum fuerit, simul habebis in hac seculo non solum speciosam intelligentiam, sed etiam laboriosam iustitiam. Quamlibet enim acute sincereque cernatur a mortalibus incommutabile bonum, adhuc corpus quod corrumpitur aggravat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Ad unum ergo tendendum, sed propter hoc multa ferenda sunt. Ergo due sunt uxores Iacob libere; ambe quippe sunt filie remissionis peccatorum, hoc est dealbationis, quod est Laban. Verumtamen una amatur et altera toleratur. Sed que toleratur ipsa prius et uberius fecundatur, ut si non propter se ipsam, certe propter filios diligatur. Labor enim iustorum maximum fructum

sic intrent quos regno dei generat per multas temptaciones et tribulaciones predicando evangelium et eos ipse quos facit in laboribus habundancius in plagis supra modum in mortibus sepius. ipse quos habet foris pugnas intus timores gaudium et coronam suam vocat et clamat cum eis filiolus ac copiosius ex illo sermone fidei quo predicat christum crucifixum et quicquid humanitatis eius racionis humana cogitacione percipi et infirmos eciam sine oculos non perturbat. Rachel autem clara aspectu mente excedit deo et videt in principio verbum deum apud deum et vult parere et non potest quia generacionem eius quis enarrabit. Proinde vita que studio contemplacionis impenditur ut ea que invisibilia sunt non infirmis oculis carnis sed que facta sunt intellecta conspiciat et sempiternam dei virtutem ineffabiliter sentiat vacare vult ab omni negocio et ideo sterilis. Affectando quippe ocium quo studia contemplacionis ignescunt non contemperatur infirmitati hominum qui in variis pressuris sibi desiderant subveniri. Sed quia pietatis caritate inardescit vult eciam dare quod novit neque enim

invidia tabescente inter habentem videt sororem laborare agendi ac paciendi filiis habundantem et dolet pocius homines currere ad eam virtutem qua eorum infirmitatibus necessitatibusque consulitur quam ad illam unde aliquid divinum et incommutabile discitur. Hic dolor significatus in eo videtur quod scriptum est et zelavit Rachel sororem suam. Proinde quia liquidus et purissimus intellectus de illa substancia que corpus non est atque ideo carnis sensibus non percipitur verbis carne editis exprimi non potest elegit doctrina sapiencie per quaslibet corporales imagines et similitudines utcumque cogitandam insinuare divinam quam ab officio talia docendi remanere sterilis. Sic elegit Rachel ex viro suo et ancilla suscipere liberos quam sine filiis omnino remanere. Bala quippe interpretatur dicitur inveterata. Hanc habuit ancillam Rachel. Veteris quippe vita carnalibus sensibus dedita corporeas cogitat imagines eciam cum aliquid de spirituali et incommutabili substancia divinitatis auditur. Suscepit et Lya ex ancilla sua filios amore habende numerose prolis accensa. Invenimus autem et Zelpham eius ancillam interpretari os hians. Significa

xpi in predicatione fidei euangelice quorum
os hilarat et cor non hilarescunt
misperimus adulterinus Sed merito
diligitur ancilla lye. Scriptum
est enim de quibusdam populus hic
labiis me honorat cor autem
eorum longe est a me. Et ta
libus apostolus ait qui predicas
non furandum furaris qui
dicis non mechandum mecharis.
Accedunt ut hec etiam per hanc con
dicionalem libera illa uxor ia
cob laborans filios heredes
regni suscipiat. Ideo dominus
dixit que dicunt facite que
autem faciunt facere nolite. Unde
et in labore ministrorum vita apostolica
sive inquit occasione sive
veritate christus annuncietur et
in hoc gaudeo sed et gaudebo.
Quamquam et ancilla pariente
de prole numerosiore letata est.
Nec quidem lye factus ex busino
rachel. editus enim inzimum
sum secum debita nocte cu
biturum accepit a filio lye
mandragoricis malis cum
sorore cubitare permittit. Dicit
autem pomum genus opinari quos
dam scio quod acceptum mes
tam sterilibus feminis fecun
ditatem pariet ac per hoc putat
omnimodo institisse rachel ut
hoc a filio sororis acciperet cu
piditate pariendi. Quod ego
non arbitrarer nisi si tunc
concepisset. Nunc non cum post

lye duos alios ab illa nocte
partus dominus eam prole donavit
nichil est cur de mandragora
tale aliquid suspicemur quale
in nulla femina experti sumus.
Dicam ergo quod sentio, dicent
sane forte meliora doctiores.
Cum enim hec mala ipse vidi
ssem et propter istum ipsum sa
cre lectionis locum id me obti
nuisse gratularer, rara enim
res est natura eorum diligenter
quantum potui perscrutatus sum
non aliqua accommun sensu
remotiore sciencia que docet
virtutes radicum et potestates her
barum, sed quantum michi et cuilibet
hominum renunciabat visus
et olfactus et gustus. Pomum
rem compi pulcram et suave
olentem sapore autem insipido
et ideo cur eam mulier tantopere
concupierit ignorare me fa
teor, nisi forte propter pomi rari
tatem et odoris iocunditatem.
Cur non ipsam rem gestam
sancta scriptura facere voluit que
non utique talia desiderata mu
lierculorum nobis pro magno
insinuare curaret nisi ali
quid nicis magnum querere
commoneret michi amplius
tenere valeo quam quod ex
illo quinum sensu michi
suggeritur ut illo man
dragorico pomo signari in
telligam famam bonam

non eam que confertur cum lau
dant homines pauci iusti atque
sapientes sed illam perpetuam qua
etiam maior et clarior no
titia comparatur non ipsa
per se expetenda sed intentionem
bonorum qua gentium humane
consulunt procurationi sicut
dicit apostolus oportet etiam testi
monium habere bonum ab eis qui
foris sunt. Quam licet parvam
sapientes reddunt tamen plerumque
labor eorum per quos sibi consu
litur et splendorem laudis
et odorem bone opinionis.
Ut et ad istam gloriam perpetuam
primum pervenerunt etiam qui sunt
in ecclesia nisi quicumque meriti
onum periculis et labore usque
Propterea Ruben filius mala
mandragore invenit extra
in agro id est honeste ambu
lans ad eos qui foris sunt.
Doctrina vero illa sapientie que
a vulgi strepitu remotissima
in contemplatione veritatis
dulci delectatione defigitur
hanc perpetuam gloriam quantu
lumcumque non assequeretur
nisi per eos qui in negociis tur
bidis agendo ac suadendo populis
presunt non ut presint sed ut prosint
quia dum isti actuosi et ne
gociosi homines per quos multi
tudini administratur utili
tas et quorum auctoritas populis gra
ta est testimonium perhibent etiam

vite per studium cognoscende et
contemplande veritatis ociose
quodammodo mala mandragore
per famam pervenerunt ad Rachel
ad ipsam non Liam per filium primo
genitum id est per honorem fecunditatis
eius in qua est omnibus fructibus
laboriose atque inter incerta temp
tationum periculis actionis
Quamplerique bono ingenio
prediti studioque flagrantes quamvis
idonei regendis populis esse possint
tamen vitant propter turbulentas o
ccupationes et in doctrine ocium
toto pectore tamquam speciose Ra
chel feruntur amplexum.
Sed quia bonum est ut etiam hec
vita latius innotescens perpetuam
gloriam mereatur iniustum
est autem ut eius consectator si a
matorem suum administran
dis ecclesiasticis curis aptum et
idoneum in ocio detinet nec
gubernationi communis utilitatis
impertit ipsa Lia sorori sue
dicit parvum est tibi quod virum
meum accepisti insuper et
mandragoras filii mei vis
accipe per virum id est virum significans
eos omnes qui cum sint agen
di virtute habiles et digni
quibus regimen ecclesie committatur
ad dispensandum fidei sacramentum
illi accensi studio doctrine atque
indagande et contemplande
sapientie se ab omnibus actionum
molestiis removere atque in ocio

discendi atque docendi tendere no-
lunt. Ita ergo dictum est parumne
est tibi quod accepisti virum meum
insuper et mandragoras filii
mei vis accipere. Ac si dicatur
Parum est quod homines ad laborem
rerum gerendarum necessarios
in otio detinet vita studiorum
insuper et pro favore gloriam requirit
Proinde mecum iste comparet
inquit rachel virum sororis sue
illa nocte sit scilicet qui vi-
te laboriosa regiminum populorum
accommodati sunt etiam si sancte
vacare delegerant suscipiant
experientiam temptationum
curarumque sarcinam pro utilitate
communi ne ipsa doctrina sapien-
tie cui vacare statuunt blasphe-
metur neque adipiscatur ab
imperitioribus populis existima-
tionem bonam quod illa poma
significant et quod necessarium
est ad exhortationem discentium
Plane ut hanc curam sus-
cipiant viri magni caritatis et
hoc significatum est quod cum veni-
ret de agro iacob occurrit
ei lya eumque detinens ait
ad me intrabis conduxi enim
te pro mandragoris filii mei
tamquam diceret Doctrine quam
diligis vis conferre bonam opini-
onem noli diffugere officiosi
laborem. Hec in ecclesia geri
quisquis advertit sentit. Expe-
rimur in exemplis quod

intelligamus in libris. Quis
non videat hec geri toto orbe
terrarum venire omnes ab occupationibus
seculi et ire in otium cognoscen-
de et contemplande veritatis
tamquam in amplexum rachel
et excipi deinde ecclesiastica
necessitate. Ad me intrabis
quia iste ministerium dei dispen-
santibus et in nocte huius
seculi filios genuerint fidei lau-
datur apostolus etiam illa multi
cum amore candidi spem se-
culi reliquerunt et cum ex
professione ad animam regende
plebis assumpti sunt. Ut cum
eum agunt in istis laboribus
sanctius ut illa professio quo se con-
tulerant quia tales recte eis
plus dedit laborius et clarius
glorificetur tamquam iacob non
recusante nocte lye ut ra-
chel pomis suave olentibus
et clare nitentibus potiatur
Tunc aliquando prestante misericordia
dei et ipsa precipuam parit
vix tandem quidem quia p-
rarum est ut in principio erat
verbum et verbum erat apud
deum et deus erat verbum et quicquid
de hac re pie sapienter qui dici-
tur sine phantasmate carnalis
cogitationis et salubriter
vel ex parte capiatur. Et
de tribus patribus abraham
ysaac et iacob quorum se deum
voluit appellari deus que

catholica ecclesia contra adversus
Fausti calumpnias dicta su
fficerent. Desperatorum tamen homi(num)
mentibus ac pietate et longe
remota a iudicio carnalium
altitudine prophetie non est mihi
differendi locus. Tum ab his
criminibus quibus eos male
dica et vanitatis inimica lin
gua pulsavit defendendi fu
erant in hoc presenti opere mi
ne contra scripturas sanctas et salu
bres aliquid sibi dicere videantur
qui eas perversa et adversa mente
legerunt cum petulantibus
quibus insectantur eos qui
illic in tanto honore predicantur.
Ceterum Loth frater i. consanguineus
Abrahe nepos patrui iustis compa
randus est designans deus dicit
ego sum deus Abraham et
deus Ysaac et deus Iacob, licet
in eorum numero deputandus non sit
illa scriptura nisi infirme prohibitionis
iusticie testimonium, quamvis
inter Sodomitas pie casteque versa
tus et hospitalitatis etiam meritis
commendatus ab illius terre in
cendio liberatus sit, et eius po
steris terra possessionis per Abra
ham qui patruus eius fuerat
dono dei data sit. Nec nobis
vita illius libris laudan
da proponitur vero ebrietas
vero incestus. Sed cum homines eius
dem et recte factum et peccatum
scriptum inveniremus aliud

imitandum insinuat, aliud
cavendum. Porro si peccatum Loth
tam prohibitum est antequam
perciperet iusticie testimonium
non modo non decolorat divinitate
dictam scripture illius veritatem
verum etiam laudandam diligen
tiamque commendat, quod tamquam
speculi instar fidelis notarum
sibi personarum non solum que
pulchra ac integra, sed etiam
que deformia viciosaque sunt
indicat. Quanto magis factum
inde quod cum sua immu
gruunt iniustis omnia affert verum
auctoritas sancta conspicitur
que nullis libris fundata
persistens non tamen paucissimorum
manicheorum calumpniis sacris
argutias, verum etiam gentilium
tot tantasque plores horrendas
immunditiae ab omnino nunc se
temperint, quos pena iam
totos ancestra superstitione si
mulacrorum ad unius veri
dei cultum sano impios sub
iugavit, et subiecto orbe terrarum
non violentia bellica certami
nis sed invicta potentia veritatis.
Ubi enim licet iam illarum fun
datio est in cuius cunctis de illo
bono scriptura illa testata est
nisi quod in prophetia Christi qui ex
eius tribu prenunciabatur
venturus benedictione
patris sui preceteris commendatus
eminuit. Ceterum ad id quod

cum faustus fornicatum comme-
morans addimus nos aliud quod
fratrem suum ioseph in egiptum
vendidit. Quid enim quemquam
membra distorta depravant luce
que cuncta demonstrat. Sic nec
cuiusquam malefacta malas
scripturas faciunt, quia prudente
legentibus innotescunt. Con-
sulta quippe lex eterna que
ordinem naturalem conservari
iubet perturbari vetat, non nisi
propagationis causa statuit
humanis concubitum fieri, et hoc
non nisi socialiter ordinato co-
nubio, quod non perturbat vin-
culum pacis. Et ideo prostitucio
feminarum non ad substituendam
prolem sed ad saciendam libidinem
propositarum divina atque eterna
lege dampnatur. Omnem
quippe dehonestat emptorem
turpitudo venalis. Ac per hoc
iudas etsi gravius peccasset
si nurum sciens cum ea
concumbere voluisset; si enim
vir et uxor sicut dominus dicit
non iam duo sed una caro est
non aliter nurus est deputan-
da quam filia, tamen quantum
in ipso erat defornicatus est, cum
meretrice cubasse non dubium est.
At illa que socerum fefellit
non carnis eius concupiscen-
tia, nec meretricie mercedis cu-
piditate peccavit, sed ex ipso
sanguine prolem requirens
ex quo duobus iam fratribus
nupta, tercio quoque denegato habere
non potuit, patri eorum socero suo
fecundandum corpus fraude sub-
iecit pignore mercedis accepto
quod non ad ornamentum sed
ad testimonium reservavit. Me-
lius quidem sine filiis rema-
neret quam sine viro matrimonio mater.
Longe tamen alia intentione
peccavit quod filiis suis pre-
pendit socerum suum, quam si
cum sibi concupisset adulterum.
Denique cum iussu eius pro-
duceretur ad mortem, et vir-
gam monile atque anulum
protulisset dicens ab eo se gravida-
tam, cuius pignora illa essent,
ubi ea que dederat ille cognovit
istam magis quam se iusti-
ficatam respondit esse, quod
ei filium suum maritum iun-
gere noluisset, qua destitutione
compulsa illo modo potius quam
nullo modo posteritatem non
aliunde quam ab eadem stirpe
conquireret. In qua sententia
non eam iustificatam sed eam
magis quam se iustificatam
dicens, nec ipsam laudavit
sed in sui comparatione posuit
desiderium scilicet habende pro-
lis quo ducta illa se socero
supposuerat minus culpans
quam libidinosi concubitus
ardorem quo ipse velut
ad meretricem victus intraverat

sicut quibusdam dicitur iustifica
stis Sodomam, id est tantum peccastis
ut vobis Sodoma comparata ius
ta iudicaretur. Quamquam etiam
si hec mulier non imperioris
facti comparatione minus culpata
sed omnino a scriptore laudatam
telligatur, que tamen consulta
illa eterna lege iustitie que
naturalem ordinem perturbari
vetat, non utique sexus corporum
sed maxime ac primitus animorum
quia imperitandis filiis ordi
natam potestatem non custo
dunt, merito culpabilis inve
nitur. Quid mirum si pecca
trix a peccatore laudatur? Quod
ita nobis sanctius vel ipsa ma
thea prudentias arbitratur
adulsimi. Cui nobis nullius
semper veneratione dignorum
proprio vicia hominum que
illa commemorat necesse sit
approbare? Quanto potius necesse
est ut quanto illam religiosius
accipimus tanto fidentius illa
culpemus que penes veritatem
tenemus culpanda didi
cimus. Ubi enim fornicatio et
omnibus illicitis concubitus di
vino iure dampnatur? Sed
prophetas cum talia quorundam facta
commemorat, de quibus eo loco
suam taceat sententiam, iudi
canda nobis permittit, cum lau
danda prescribit. Nam cum nimis
ipso evangelio non detestatur

herodis crudelitatem cum de Christi
nativitate sollicitus tot infan
tes iussit occidi, sed propheta factum
ibi non vituperatur sed tantum narratur.
Quod nec hic manichei vesania
impudentia falsum esse con
tendant quia etiam ipsam Christi
nativitatem qua Herodes per
turbatus est negant, ipsorum
iudeorum inmanitatem
et crudelitatem legant quemad
modum illic tantummodo narretur
non vituperetur et tamen ab omnibus
detestetur. Sed inquiunt iste
Iudas qui cum sua nuru con
cubuit inter duodecim patriarchas
computatur. Quid enim et
ille Iudas qui dominum tra
didit, nonne inter duodecim apostolos nu
meratus est et cum eis vivus ex
eis ad predicandum evangelium
diabolus missus est? Sed adhuc
respondent et dicunt: Ille post
tale facinus laqueo suo
peremptus est et apostolorum numero
exemptus est, iste autem post
hanc turpitudinem inter fratres
suos ab illo patre cui tam ma
gnum testimonium deus
perhibet precipue benedictus et
super omnes laudatus est. Nam
primo hunc expressius apparet
pparet non ad ipsum sed ad
Christum qui ex eius tribu pro
nunciabatur incarne ven
turus illam pertinere prophetiam
et ideo magis flagitium

eius divina scriptura tacere non debuit sicut non tacuerunt in libris eius patris quibus post illud dedecus laudatur quia ipse non agnoscitur alius extitisse. Quamquam faustus dente maledico hic ipsum intelligatur mordere voluisse quod christus a nobis ex eius tribu venisse predicatur maxime quia in generationibus patrum eius quos matheus evangelista commemorat etiam Zara quem thamar ipsa ex illo concubitu peperit nominatur. Etiam si stirpem iacob non per generationem vellet reprehendere habebat magis primitivum ruben qui paternum thorum nepharia libidine violavit qualem fornicationem apostolus nec in gentibus dicit auditam. Quod factum etiam ipse pater iacob cum eos benediceret super caput eius accusando et detestando non tacuit. Porro ergo cum potius faustus obiceret ubi non error exhiberi in meretricio sed omnino voluntaria contaminatio patris lectuli appareret nisi et ipsam thamar plus odisset quod illo concubitu nichil aliud quam parere cuperet. Quia si sola libidine carnalis voluptatis arsisset et per progenitores culpando incarnationem eius fidem derogare voluisset ignorans

misere verissimum et veracissimum salvatorem non solum loquendo sed etiam nascendo magistrum extitisse fidelium suorum venturi ex omnibus gentibus etiam exemplo carnis ipsius discere debuerunt parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Proinde sponsus ille suis convivis invitaturus erat ad nuptias bonos et malos etiam nasci voluit de bonis et malis ut prophetiam pasche qua preceptus est manducari agnus acceptus ex ovibus et capris tamquam iustis et iniustis ad se prefigurandum precessisse firmaret. Documenta congrua dei et hominis commendans ubique parentes bonos et malos propter congruentiam humanitatis non sprevit partum autem virginis propter miraculum divinitatis elegit. Quamvis ergo faustus in scripturam potius dente sacrilego seviens sanctam scripturam quam totus iam mundus multo veneratur accusat que ut supra dixi speculi fidelis tutor nullius accepit adulandam personam sed et laudanda et vituperanda hominum facta vel ipsa iudicat vel legentibus iudicanda proponit nec solum homines ipsos vel vituperabiles vel laudabiles intimans

nerum etiam quedam inculpabilibus laudanda et inlaudabilibus inculpanda non tacet. Nec enim quia inculpabilis homo erat Saul ideo non est laudabile factum eius quod gustatum de anathemate tam diligenter scrutatus tamque severe vindicare conatus est obediens deo igitur hoc fieri prohibenti, et quod phitonicos et ventriloquos de regno suo delevit. Et quia laudabilis erat David ideo peccata eius que deus ipse arguit per prophetam vel approbanda vel imitanda sunt. Sicut nec in Pontio Pilato inculpandum est quod adversus accusatores iudeorum innocentem dominum iudicavit, nec in Petro laudandum est quod eundem dominum ter negavit, vel ubi ab ipso sathanas appellatus est quod non sapiendo que dei sunt eum noluit a passione hoc est a salute nostra revocare. Paulo ergo ante dictus beatus, paulo post dictus est sathanas. Sed quid illo obtinuerit apostolatus eius et martirii corona testatur. Sic itaque et regis David legimus peccata et legimus etiam recta facta. Sed in quo autem prevaluerit aut unde quid meruerit satis in promptu est non malivole cecitati qua in sanctos libros et viros sanctos invehebat sed religiose prudentie qua et auctoritas divina et vita humana possunt recte discerni. Legant enim et videant in David plura deum redarguisse que sanctum. Ibi est et penitentie sacrificium, ibi est illa incomparabilis mansuetudo usque ad immanissimum et atrocissimum inimicum quem totiens illi est in manus fortissimus datus totiens ab illo est clementissime dimissus illesus. Ibi memoralis humilitas sub flagello dei et cervix regia domino iugo ita subdita ut armatus et comitatus armatis amara exprobratione quieta patientissime sustineret, suum quoque comitem acerrimum iracundia quod talia rex eius audiret et iam iamque inquietatoris caput decernere ultro pergentem modestissime refrenaret, regali sue iussionis auctoritatem in timoris pondus adiciens et dicens mitius sibi hoc redditum super nos indigno quod ille iniuriosus missus est ut in eum talia iacularetur. Ibi circa oves in gregem sibi commissum tanta dilectio pastoralis ut pro eis ipse vellet mori, cum pro illo numerato peccatum elationis eius per punire placuit deo ut eundem numerum

minueret morte multorum/ cuius
multitudine cor regis fuerat
superbia pertemptatum. In quo
occulto iudicio deus apud quem
non est iniquitas et quos no
uerat indignos sciat uita sub
traxit hunc inte et nullo que
de bonorum copia se extulerat
timore animi humiliam eius
dem copie diminutione sanauit
Ubi tam religiosus dei timor
sacramentum xpi in sancta unctione
seruabat ut cor eius pia solli
citudine trepidaret quando exigua
particulam de ueste ipsius pannis
latentur abscidit ut haberet un
illi fidem faceret quia nollet
eum cum posset occidere. Ubi tam
prudens consilio et tanta cle
mentia ut cum innocentem
puerum proprio egrotantem mor
bo lacrimis et humilitatis sor
